AUTHOR:

WESENBERG, ALBERT SADOLIN

TITLE:

EMENDATIONES ALTERAE; SIVE ...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1873

Master Negative #

91-80215-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Wesenberg, Albert Sadolin,
Emendationes alterae; sive, Annotationes criticae ad Ciceronis epistolarum editionem, scripsit D. Albertus Sadolinus Wesenberg... Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri, 1873.
iv, 148 p. 23 cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9/9/91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: Wesenberg, Albert
Sadolin.

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______ Page(s) missing/not available: ______

______ Volumes(s) missing/not available: ______

______ Illegible and/or damaged page(s): ______

______ Page(s) or volumes(s) misnumbered: ______

______ Bound out of sequence: ______

______ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: U. Penn.
15-17, 129-130

______ Other: ______

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

EMENDATIONES ALTERAE

SIVE

ANNOTATIONES CRITICAE

AD

CICERONIS EPISTOLARUM EDITIONEM.

SCRIPSIT

D. ALBERTUS SADOLINUS WESENBERG,

PRAECEPTOR PRIMARIUS SCHOLAE CATHEDRALIS VIBURGENSIS.



LIPSIAE.

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIII.

TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Quod in praefatione editionis Epistolarum Ciceronis (I. p. IV.) scripseram, fore, ut gravissima quaeque mea Baiterianae editionis correctio separato quodam fasciculo a me defenderetur, id nunc mutato, ut fit, consilio ita feci, ut omissis omnibus fere iis, quae vel ex codicibus vel ex aliorum coniecturis mutaveram, meas tantum (et Madvigii) suspiciones confirmando persequerer, et quidem in epistolis ad Atticum et „ad Brutum“, ne iusto maior „fasciculus“ hic evaderet, fere nullas, nisi quae in textum receptae a me erant, praetermissis silentio vel gravioribus meis distinctionis sententiarum emendationibus, nisi sicubi aliud quoque aliquid in textu correxeram. „Emendationes *alteras*“ hunc libellum appellavi, ut quo illae, quas a. MDCCCXL scripseram, continuarentur vel potius concluderentur; nam, quae ad tuendas eas, quas in epistolis ad Familiares atque ad Q. Fratrem ex codicibus aliorumve coniecturis feci, mutationes iam conscripsi, ea in publicumne sint proditura, valde adhuc incertum est, nedum ceteris in epistolis eandem, quam in illis posui, operam consumere sit mihi certum.

In praefatione voluminis II. quod duos e novem Malaspinae codicibus, Antonianum et Faerninum, in tertio dignitatis gradu (ante Mediceum) collocavi, si quis mirabitur, velim (in Graeviana editione) eos locos perlustret, ubi illorum (qui plus sexagies cum M. conspirant) uterque aut alteruter a Mediceo plus minusve declinat. Ut permultos illos locos omittam, ubi Malaspina „*omnes* suos libros“ laudat, uterque Mediceo melior est I, 17, 5, II, 1, 5 et 22, 1, III, 15, 6, 22, 4, 23, 1, IV, 5, 1 et 2, 8a, 2, b, 3, 11, 1 et 2, 12, 1, 15, 4, 18, 5, V, 4, 4, 13, 3, 21, 4 et 6 et 7, VI, 1, 23, 7, 2, 8, 4, VII, 3, 12, 15, 1, 18, 3, VIII, 3, 6, 5, 1, 11 B, 1, 12 D, 2, IX, 4, 6, 9, 4, 13, 1, X, 12, b, 2, XI, 9, 1, XII, 12, 1, XIII, 10, 3, 27, 1, 45, 1, 48, 2, XV, 4, 2, 25, 26, 4, XVI, 8, 2, 15, 2. Alteruter Mediceo praestat I, 17, 9, 19, 10, II, 5, 1, 6, 1, 7, 3 et 4 et 5,

9, 1 (bis) et 4, III, 7, 2, 8, 2 (bis), 12, 3, 14, 1, 15, 1, IV, 1, 4, 3, 3, 4, 1, 6, 2 et 4, 8 a, 2, 9, 1, 13, 1, 14, 2, 15, 1 et 3, 16, 9, 17, 2 et 4, 18, 3 et 5, V, 11, 6, 12, 1, 18, 3, 19, 1, 20, 1, 21, 7 et 12, VI, 1, 9 et 25, 2, 7, VII, 2, 5 et 6, 4, 1, 5, 4, 6, 1, 7, 1, 18, 1 (bis), 25, VIII, 15, 1 (bis), IX, 5, 1, 6, A, 7, 3 et 6, 8, 1 (bis), 9, 4, 10, 4, 14, 2, 15, 2 et 4, X, 9, 1 et 2, XI, 5, 2 (?), 17, 3, XII, 5, 3, 14, 4, 21, 1, 28, 1, XIII, 21, 5, 25, 2, 29, 2 (bis), XVI, 2, 4 et 6, 5, 4, 7, 6, 10, 1. Deteriores A et F sunt II, 6, 1, IV, 5, 1 (?), V, 3, 1, 21, 5 (?), VI, 1, 25 (?), IX, 17, 2, 19, 4 (?), X, 4, 1 et 9 (?), 12, b, 2 (?), XI, 16, 1, A VII, 9, 2 (?), VIII, 15 A, 3 (?), IX, 7 B, 2, 10, 5, X, 17, 1 (?), XI, 16, 1 (?), 25, 3 (?), XIII, 10, 3 (?), 18 (?), XIV, 7, 1 (?), 9, 1, XV, 5, 4, F III, 22, 1, IV, 3, 4 (?), 14, 1, 17, 3 (?), V, 10, 5, 12, 2 (?), VI, 1, 11 (?), VII, 3, 1 (?) et 2, 7, 1, 11, 1 (?), VIII, 2, 3 (?), IX, 9, 1 et 2, 12, 4 (?), 13, 3 (?), XI, 16, 1 et 5, XII, 13, 1 (?), 20, 4, 21, 3, XIV, 9, 1, XV, 3, 1 (?), 13, 1, XVI, 6, 1, 15, 3 et 5, 16, 5. Apparet paucis locis, mea quidem sententia, constare Antonianum et Faerninum Mediceo postponendos esse, permulto pluribus illos huic anteponendos aut certe dubium inter eos esse certamen. Meo igitur iure videor mihi duos illos codices vel cum aliis conspirantes vel solos multis locis secutus, ubi Baiterus in Medicei scriptura acquieverat. — E notis textui a me subiectis quum illud intelligetur, Bosii de Tornaesiano codice (Z) testimonio fidem me habuisse, ubicumque eius scriptura cum aliis codicibus veteribusve editionibus (maxime Lambinianis) consentiret, tum hoc, editionem Cratandri (c) mihi pro eiusdem codice (C) fuisse, sicubi a Romana, Jensoniana, Ascensiana discreparet et aut cum aliorum codicibus, u. haud raro cum Z, congrueret aut certis rationibus confirmareturt Similiter proprias Lambinianarum editionum scripturas persaepe iudicavi e Z tacite esse sumptas.

Scripsi Viburgi in Jutlandia mense Februario a. MDCCCLXXIII.

Albertus Sadolinus Wesenberg.

Epistolae ad Familiares.

Liber I.

Ep. 2. 1, ubi vulgo ex M. legebatur *sententias dic.*, ego, ut de una illa, qua Cicero Bibuli de III. legatis sententiam fregit, scripsi *sententiam d.* Cf. de confusis *ā* et *as*, *ū* et *us* Emendd. p. 24. — 2. Ante *invitis* addidi *non* et pro *cupierunt* scripsi *cupierant*; vid. Em. p. 13 et Add., § 1 et 4, 1.

Ep. 4. 1, Sustuli comma vulgo post *latrocinio* positum, ut *si q. conabuntur a.* cum *qui nunc* cohaereret; alioquin infra scribendum fuit *a. possint.* De *conabuntur* — *provisum est* — *possent* cf. XIII, 7, 5 *data sit* (futur. ex. coni.), *ut impetraremus*, al.

Ep. 5. a. 3. Scripsi ex M. *iacere † regem . . ad eum deferri . . delatum*; etsi enim *res* et *rex* in codicibus, ut Livianis, haud raro inter se mutantur, tamen malim vel post *cUM* addi *negotiUM* vel addito *rem* ante *deferri* postve *def.* scribi *delata* (cf. 1, 1 et 4, 1 et de *regem iacere* 5, b, 2 *desertum atque abiectum*) quam cum Baitero ex Martyni-Lagunae conj. scribi *i. rem . . ad eum d. . . delata.*

Ep. 5. b. 1, ubi ego: *[ea] te*, Cicero si ipse *ea* addidit, idem scripsit *aguntur . . sunt* (non, ut B., *agantur . . sint*), cf. III, 10, 11, IV, 2, 3 et 5, 6, Q. Fr. III, 3, 2, Att. IV, 3, 1, al., nam Q. Fr. I, 2, 16 *quae* non rel. pron. est, sed interrog.; sin, quod magis credo, *agantur . . sint* (cf. V, 8, 2) verum est, delendum *ea*, ut aberrando (cf. Em. p. 4 n. 4) ad sq. *ea* additum, cf. 6, 1, VI, 14, 1, Q. Fr. II, 3, 1. Aliter se habet VI, 14, 1, ubi per *id* (non *ea*) non prius duorum inter se contrariorum, sed posterius sic, et quidem apte, insignitur.

Ep. 6. 1, ubi vulgo erat *in s. dolore, quem in tuis rebus capio*, ego scripsi *[in] tuis*: nam potest quidem *in* ex *in s. d.* repetitum expulisse *ex* (ut Lambinus correxit), praesertim post *quē*; sed facilius est delere *in*, ut sive ex *m* geminando factum sive ex *in s. d.* iteratum. De *capere dolorem, voluptatem, fructum re* (ɔ: *ob rem*, ut dicit Ter. Phorm. II, 3, 23) cf. Fin. II, 96, Lael. 8 (coll. cum Phil. XI, 1), Att. XIV, 14, 4, de lege Agr. II, 103, ubi ego ex cod. Erf., ɔ: ex archetypo, delevi *in* in dett. codd. ex *tamen* ortum, ann. ad IV, 6, 2 et V, 19, 1.

Ep. 7. 4, ubi vulgo: *eaque*, *quae . . scripta est*, *auctoritas*, *cui*, primum sic distinxi: *e.*, *q. . . . est auct.*, *cui* (de qua attractione cf. Em. p. 8), deinde scripsi *perscripta* sollemni de ea re verbo, vid. VIII, 8, 6—7—8 et cf. VIII, 8, 4 (Em. p. 105), I, 2, 4, Att. XII, 21, 1, al.; alius generis est Att. XV, 16, 2. Excidit in M *p* cum lin., ɔ: *per*. — **9.** Ego: *Te vero † emoneo*, ut B. sine †. *Emonendi* verbum ne Latinum quidem est nec facile esse potuit; quid enim sibi istud *e* vellet? *exorare* quidem, sicubi non est *efficere orando*, tamen eum spectat, *unde* quid petitur (sich ausbitten). In *e* si quidquam latet (Crat. *moneo*), *emoneo* factum potest esse ex *et moneo et rogo* (ut est Q. Fr. III, 8, 1, cf. I, 1, 2, XV, 1, 4, Q. F. I, 2, 14, al.) omisso *et rogo* aberrando ab *o* ad *o* et scripto *e* pro *et*, ut in Bruto 11 cod. Gu. B *emonere* pro *et m.*, 146 Orellius ex archet. prave *interpretandi*, *explanandi*, *edisserendi* pro *i. explanandique et diss.*, cf. 152) aut ex *am̄oneo* (ɔ: *adm.*, ut est infra et 10) aut ex *commoneo* (Klotz.). — Infra, ubi vulgo: *sentiasque — id quod . . int. — te*, ego: *s. id*, *q. . . i.*, *te*, ut *te . . . civit.* sit ad *id* appositum. — **10**, ubi in M est *cognovit. Utuis*, ego cum Vict.: *c.*, *tu tuis*, audiri enim potuit et *ut* et *id*; sin aliter Cicero scripsit, malim sive *c.*, *id tu tuis* (de *id* cf. II, 16, 1) sive, ut L. 1584, *c.*, *id ut tu tuis*, quam, ut B. ex Or. conj., *c.*, *tu ut tuis*; nam *tu* et *tuis*, *ego* et *meis*, similia Cicero iuxta se ponere solet, non inter se distrahere; quam facile inter *ui* et *tu* potuerit excidere sive *id* (scribebatur *it*) sive *id ut*, apparet. Ceterum ego: *discas*, *n.* (vulgo: *d. n.*), cf. ann. ad 9.

Ep. 9. 11, ubi vulgo: *princeps esset*, *vir is*, *qui*, ego: *p. e. vir*, *is*, *qui*, ubi enim Germani sic per appositionem dicunt: derjenige Mann, der, Latini non dicunt *is vir*, *qui*, nedum *vir is*, *qui*. — **16.** Scripsi *ordinibus † hominibus inc.* (B sine †). Cicero, opinor, potius scripsisset aut *o.*, *aetatibus*, *h. i.* (cf. pro Domo 75, post Red. in Sen. 28) aut, ut Lamb., *o. hominibusque i.* (cf. VIII, 17, 2, III, 10, 4, pro Cornelio ed. Or. p. 451); sed, quoniam omnibus illis locis *hom.* (minus) praecedit *ord.* (maius), vide, ne ex Graevii conj. delendum sit *hominibus*, ut aberrando ad sq. *omnibus* additum, sicut librarius eodem aberrans ex *octotribunis* (*o . . . . . bunis*) fecit *omnibus*; cf. Em. p. 4, n. 4. — **17.** Inter *tum* et *nostro illo statu* addidi *in*, cf. 18 „*nunc in* tanta fel.“ Temporali ablativo Cicero *statu* non ponit, absoluto autem saltem scripsisset *illo n. s.*, vid. I, 4, 3, II, 16, 4, VI, 2, 3, al. — **18.** *quum persuaderi* non equidem mutavi; sed, etsi *quum* sic iteratum per se ipsum nihil offendit (cf. 16, V, 4, 2 et 12, 8, al.), tamen vereor, ne Cicero scripserit *cui* (*quoi*, unde cd. arch.: *quō*, ɔ: *quum*, ut paullo supra M *quod ego* pro *quē ego*) *p.* — **20.** Scripsi *Habes de Vatinio: nunc cognosce de Cr.* (Martyni-Lag. *cogn. nunc*); cf. Q. Fr. III, 2, 2, Att. I, 1, 3, IV, 15, 4, XVI, 6, 4, al. Excidit facillime *NunC* inter *Nio* et *Cogn.* — Infra fortasse sic distinguendum: *fuisset omne*, *repente* (vulgo: *f.*, *o. r.*), quo aptius inter se opponantur *effudisse omne* et *residuum f. omne*; de *omne* maiore cum vi in extremam sententiam retracto cf. 21 *eisdem*, 23 *omnes*, II, 6, 4 *neminem*, III, 12, 3 *tuo*,

al. — **23,** Vulgo: *multae: ne pertimescas*, quasi Latine de certo ullo homine *ne p.* dicatur pro *ne pertimueris* sive *noli pertimescere*; cf. Em. p. 26—27. Ego: *m.*, (sc. hoc ideo dico) *ne p.*; cf. Att. I, 13, 3, Madvig. ad Fin. II, 77, Gramm. (ed. Germ. III.) § 440, not. 6. — Infra, ubi vulgo erat: *quae me maxime sicut iam a p. adolescentia delectarunt*, ego primum post *max.* comma posui, quo magis appareret post *max.* audiri *delectant*, cf. XIII, 41, 2 *quum antea* sc. *liberalis erga eum fueris*, VII, 24, 1 *Olim . . . ullis* sc. *observabar*, XV, 14, 3 (ubi ego ex M *consequeremur*) *absentes* sc. *consequemur*, Tusc. D. V, 3, al.; deinde, quoniam deest, cui ex contrario respondeat *iam a pr. ad.*, inter *me* et *max.* addidi *nunc* (quod in arch. scribebatur *n̄c*, cf. ep. 10, ubi M *isti nuNC* pro *istiNC*), cf. XIII, 41, 2 (*nunc iam*), VII, 24, 1 (*hoc tempore*), Att. I, 17, 6. — Paullo post, ubi Baiterus *in disp. ac dialogo* ex Martyni-Lagunae conj. uncis inclusit, nihil me offendit (vid. Orellium ad h. l. et Madvig. de Fin. p. LX et 853) nisi *in* de forma librorum illorum Aristotelia vix ferendum et fortasse ex sq. *INutiles* aberrando natum, cf. sq. *Scripsi e. v e r s i b u s t. l. de t.* — Infra, ubi B. ex Gron. conj. *sed [quia] verebar . . . nominare; quos*, ego, quoniam causa fingi nulla potest, cur quisquam *quia* addiderit, scripsi: *sed*, *quia v . . . nominare*, **; *q.* Exciderunt post *nom.* nonnulla verba, quibus illud ipsum *edendos esse non putavi*, quod post *sed* audire non licet, dicebatur, ut *nolui (eos) divulgari* vel *vetui div.* (cf. Att. XII, 44, 1) vel simile aliquid; de M. lacunis cf. Em. p. 3. — **25,** ubi vulgo: *paraturum*, ego: *compar.*; vid. lexica. Excidit (cf. Em. p. 115) *c̄* (ɔ: *con*), nisi illud *con*, quod M1 post *sort. esse* pro *cum* habet, non simpliciter ex *cum* erratum est (ut II, 3, 1) aut ex antiqua scriptura *conlega* ortum, sed ex hoc ipso *conpar.* transponendo petitum. Altera correctio *partiturum* re vera minus lenis est. — Scripsi ex M: *† legemque*, incertus, *legem* (ut B. ex Ern. conj.) Cicero scripsisset (potest *que* ex *tibique* esse repetitum) an *legem quidem* (cf. Em. p. 12 de 2, 1). — **26,** ubi B. cum N.: *facilitate quidem*, ego ex M: *† felicitate a quid*; vide enim, ne verum sit *felic.*, v. Vict. et Lamb. et cf. III, 8, 7, ubi de simili re *minus felicem*, pro Sulla 83. In *a quid* si aliud quidquam nisi *quidem* latet, Gronovius, puto, recte coniecit *fel. quadam*, cf. Liviana illa *forte*, *fortuna*, *sorte quadam* (20 M *quedam* pro *quadam*).

Liber II.

Ep. 1. 1, ubi vulgo: *nomine negligentiae*, ego: *negl. nom.* Genitivo, in quo maior vis inest, semper, opinor, ut *causa*, *gratia*, *ergo*, ita *nomine* postponitur; etsi cf. Att. XIII, 22, 4; sed, ut h. l. ab *n* altero ad alterum, sic ibi a *VOti* ad *NOmine* aberrari facile potuit.

Ep. 2. Scripsi cum Crat.: *decederet*; de morte enim *disc.* vix Ciceronis est, cf. de *dec.* et *disc.* saepissime confusis Em. p. 93. In M est *quam amavita*; ego: *q. [a] vita*, *dec. a* enim valde dubium

est: pro Plancio 65 ego: *me mea e prov. dec.* (*mea e* ex cd. arch.); pro Flacco 27 Lamb. recte, puto, *a . . decretis disc.*

Ep. 6. 1, ubi vulgo: *Curio, tanta . . . solent, ver.*, ego: *C. — tanta . . . solent —, v.*, quo magis intelligatur *tanta . . sol.* (ɔ: t. scilicet, q. . . sol.) obiter esse additum praveque Rostium voluisse scribi *C., ac tanta*, Baiterum *C., et t.*

Ep. 7, ubi vulgo erat *PROCOS.*, ego ex mea conj. (v. Em. p. 72): *IMP.*

Ep. 8. 1. Vulgo: *Vide . . tribuam! nec . . cognovi. Ne*; ego: *Vide . . tr. — nec . . . cognovi —: ne*, ɔ: Quantum . . tribuam, vide *ex eo, quod* ne . . ., cf. IV, 11, 1. — **2.** Aptius mihi videtur *nam iidem*, ut causa significetur, cur Pompeius Caelium complexurus sit, quam *iam i.*, quo mutatus tum eius animus dicitur.

Ep. 10. 1. Ego: *perferantur — non . . . putaram —; atqui*; cf. ad 8, 1. Vulgo: *p.: non . . p. Atqui.* — Inter *sum* et *quod non putaram* videtur mihi excidisse *quia*; in priore enim membro est „de te, *quia*, quod sperabam“, nec in altero audire *quia* facile licet. — **4.** Vulgo: *in praesenti*; ego: *in praesentia*, cf. Zumpt. ad Verrin. III, 1, Or. ad T. D. I, 14. Livium XXXIV, 35, 11 Madvigius emendavit.

Ep. 12. 3 (de quo loco vide Em. p. 28, ubi quod ego ex cd. Torg. restitueram, *triumpharAm*, nunc alterum Medicei exemplum confirmavit) ego: † *„Spem triumphi?“ inquis* (vulgo sine †). Excidit aut *contemnIS („S. tr.“, i., „c.?“)* post *inquIS* aut post *provinciA* obiiciendi particula *At* et post *triumphi* vel *non haberes* vel simile aliquid; vulgata enim scriptura ellipsin habet vix ferendam.

Ep. 13. 3. B. ex Klotzii conj. scripsit: *rem militaremque conlocassem:* quasi vero prosa oratione licuerit dicere *senatus populus Romanusque* aut similia alia! Ne *res publicaque* quidem unquam sic poni memini: aliud est *in patriamque rediit, quam primumque* (III, 9, 4), cetera. In M est *militaremque conlocaRem*, ɔ: aut *remque militarem collocas̄em* aut *militaremque c. rem* aut, ut vulgo ante B. erat, *m. rem c.* (de *m. r.* pro *r. m.* posito, ut contrario „iurisdictioni“, cf. pro L. Man. 55 *Appia iam via, publica res,* sicubi contrarium est *privata*). Transpositum *rem* expulit *s̄em*, cf. Em. p. 31 sqq.

Ep. 16. 3, quoniam in M est *te id existimare*, ego inter *te* et *ex.* addidi *ita*, cf. 17, 3 et de confusis *ita* et *id (it)* ann. ad Q. F. II, 4, 5. — Infra vulgo: *ignaviae: de*, ego: *i., de*, pendet enim etiam *de . . arb.* ex *quod.* — **5.** Vulgo: *car., an dubitas*; ego *c., † an d.* Audire *facio*, ɔ: *respicio*, non licet: licebat, si Cicero supra scripsisset, non *Nam, quod rogas, ut . . car.*, sed *Rogas, ut . . c.* (Madvig. Gr. § 453). Aut excidit *equidem facio* post *car.* (cf. Att. I, 3, 3, al.) aut *AN* ex praec. *VM* natum est vel *AN* post *M* pro *NVM* scriptum, nam omisso *num* post *um* interpolando *an* additum esse non puto.

Ep. 17. 1. Vulgo: *ita maturare ullo modo, ut.* At in ea distinctione *ullo m.* male abundat, et tamen saltem dicendum fuit *nullo modo potest i. m.* Ego: *i. m., ullo m. ut*; de notissimo verborum ordine discipuli conferant licet Madv. Gr. § 465, b, n. — **4.** Vide, ne

Cicero, ut omnes solent, iterato eodem verbo scripserit *nec attigit nec attacturus est*: ante *ta* excidere *at* facillime potuit. — Infra B. cum Büchelero Plautina forma scripsit *drachumum*: ego, sive in M *dracchum* sive *drachum* est: *drachmum* (Em. p. 31).

Ep. 19. 1. Vulgo: *verebar, ne id ita caderet — quod e. n. vereor —, ne ante.* Ego: *v. . . c., quod . . vereor, ne*; nam, si *q. . . v.* parenthesis esset, Cicero scripsisset *ut ante*, quod ex *ita caderet* penderet: nunc ob ipsum *vereor* scripsit *ne a.* et. per attractionem haud insolitam potuit scribere *ne . . . veneris . . . decedam.*

Liber III.

Ep. 5. 1. Vulgo: *quo q. hominem neminem*, nec equidem mutavi (cf. IV, 8, 2 „*quae* est d. *sede* iucundior“, V, 17, 3, X, 18, 3, XIII, 55, 1, al., sed tamen vereor, ne Cicero simplicius scripserit *homine*, cf. 2, 1 *nec t. amicior quisquam*, 3, 1 *nec benev. cuiquam*, nec mirum, si librarius ante *neminem* scripsit *hominem.*

Ep. 6. 5, ubi vulgo: *prob., Antonium*, ego ex ipsius Baiteri, sed dubitantis, conj.: *p., D. Ant.* Addita *virum — prob.* et *praefectum ev.*, praenomen requirunt; cf. 3, 1 et 2. De cd. arch. compendiis in M falso explicatis vid. 2 *Lentulum* ɔ: *L.*, 3, 2 et 4, 1 *consul* ɔ: *C.* et *felix* ɔ: *F.* (filius), 4, 2 *meum* ɔ: *M.*, 5, 4 *propter* ɔ: *pr*(idie), 7, 4 *apud* ɔ: *Ap*(pio), 11, 5 *dicit Tullius* ɔ: *D. Tullius*, al. multa. — **6.** Vulgo: *Ego . . curabo: de tuo.* Sine dubio ante *de tuo* addendum est *tu*, cui respondeat *ego* (*ego* meum animum praestabo, *tu* tuum praesta), ut inter se respondent *me tibi* et *tuo in me an.* et infra *Et . . ego* et *Nunc tu.*

Ep. 7. 3. Excidit fortasse *ac* h. l. inter *illos* et *non illi* et VII, 17, 1 post *imperatorem* et IX, 22, 3 post *Graece*, ubi in textu *Gr.*, *non* ponendum fuit. De *ac* (Cicero perraro, ut VII, 18, 2 *et*) *non = ac non potius* (Madv, Gr. § 458, a, n. 1) cf. 2, 2, IV, 5, 6, al. Verrin. V, 64 *ac* post *advecta* excidere facile potuit. — **4.** Vulgo: *altera Varronem, tuum-fam.* Ego: *a. * Varr.* Excidit praenomen aliquod (*M.*?), in altero enim membro est „*Q.* Leptam“; cf. 4, 2. — Infra ego *† excurrerent* (vulgo sine †); excurrebant enim non ab Appio ad Ciceronem, sed contra: ad Ciceronem ab Appio recurrendum iis erat. Cicero scripsit aut *ad me rec.* (Ern.) aut, ut ego malo, *ad me curr.* (eilen), sequitur enim *currens*, et ex praec. *e*, ut saepe *et*, sic h. l. *ex* (ecs) fieri facile potuit, praesertim ante *c.* — **5,** ubi male vulgo: *putant, ullam*, B.: *p. —, u.*, ego iam Em. p. 50: *p. ? u.*

Ep. 8. 2. Vulgo: *quid dicatur.* Sic Cicero absurde se negaret intelligere quid ab Appio sibi exprobraretur: qui ipse proxime scripserit, quid esset, quod Appius diceret („me . . potuisse“); an vero tam obscurum id crimen fuit, intelligi ut non posset? Ego ex mea eademque Orellii conj. scripsi *quî* pro *quid* (ante *d*), ɔ: quum totum hoc crimen („me“ non dictis factisve, sed „vultu et tac. significasse pot.“, nihil (nihili, nullum, levissimum) sit, ne illud quidem (auch nicht) intelligo,

quî fiat, *ut* mihi offeratur (fere = *cur* m. o.); de *quî* sic posito cf. Lael. 4, al. — **7.** Vulgo nunc ex M: *in pluris*, nec equidem mutavi (vid. Schüzium), sed tamen mallem scriptum *liberius*; *b* = *p*, et cf. 2, ubi M pro *significatione* prius scripsit *sollicitudine*, et de transpositis litteris 3 (vulgo, ut M, *Quid enim* pro *Q. in me*, ut ego ex Or. conj.), 6, 6 *crasta* ɔ: *castra*, 10, 6 *suscipio* ɔ: *suspicio*, II, 6, 14 *modesticis* ɔ: *dom.*, 9, 2 *pertineret* ɔ: *peniteret*, 1, 1 *negere* ɔ: *genere*, IV, 12, 1 *bonis* ɔ: *nobis*, V, 13, 5 *unanimus* ɔ: *una minus*. — **8.** Vulgo: *movear: me .. mihi*, ita, ut *me .. mihi* sit versus nescio qui. Ego: *m.*, *me .. mihi*, uno versu: pendet *me .. mihi* simpliciter ex *mirari*, nec vero poëticum quidquam aut *acerbum* — *dulcis* per se habet (cf. Lael. 90, al.) aut *sibi* in extrema sententia positum (cf. 9, 2 *per se*, 10, 5 *abs te*, alia sexcenta). Cf., quae in Em. p. 27 de Att. XIII, 23, 3 dixi. — **10.** Vulgo: *Oct. Amanum versus profecti.* At *versus* praepositio non est (Madv. Em. Livian. p. 135), sed adverbium, quod solis urbium nominibus praepositione nulla praeposita postponitur, scilicet quia dicitur *Romam*, non *in R.* (Madv. Gr. § 172 et n. 4). Recte nunc et IV, 12, 1 ex M scribitur *in Italiam v.* et Liv. VIII, 20, 8 *adversus aedem* (pro *versus a.*). Laudat lex. Freundii etiam Plin. X, 43, 60 *evolans in rostra forum versus*; at is ad Ciceronis aetatem nihil pertinet, et tamen *forum* sine dubio glossema vocis *rostra* est. Ego igitur nostro loco scripsi: *O. ad Am. v. pr.*; cf. VIII, 15, 2 *ad Alpes vessus*, al.

Ep. 10. 2. Vulgo: *facerem; quamquam .. perspexisses, s. perspicies: sed*, quasi *q. .. persp.* pars ulla sit hypotheticae illius sententiae *Nollem accidisset ... facerem* (sicut Rosc. Am. 2 *quam dixisset*, 56 *quum .. venerint*, 86 *quum .. viderent*, 114 *qui recepisset*, Catil. III, 17 *quum .. esset*, al.), ac non ipsum illud „perspicere posses“ eo, quod re vera fuerit, addendo corrigatur. De *quamquam*, quatenus cum coniunctivo ponatur, vid. Em. Tusc. Disp. I, p. 10. Ego scripsi: *f. — q. .. perspexisti*, *s. p. —; sed*, nec mirum, si librarius ante *s* ex *ti* fecit *ses*, praesertim post *posses*, ut II, 4, 1 *intelligat* post *deceat* ex *intelligo*, III, 11, 3 *laudat* post *debeat* ex *laudas*, alia sexcenta (cf. Obss. Crit. in Sestianam p. 4 n. 1); an aberratum est ad sq. *perspicIeS SEd*? — **3.** Vulgo: *ut censores creentur*. Ego miratus, si Cicero sic per ambages significasset „se non dubitare, quin Appius censor esset futurus“, Lambini coniecturam probavi *ut censor creeris* (cf. 11 et 11, 5 et 13, 2), sed scripsi *creere*; si enim, ut puto, in arch. fuit *cens.* (ɔ: *censor*, cf. Em. p. 119) *creere*, inde fieri facile potuit *censs.* (ɔ: *censores*) *creentur*, pro *re* scripto *n* (ut II, 16, 1 *haberet* pro *habent*) et addito *t* cum nota *ur* syllabae (v. Em. p. 81). — **5.** Excidit, opinor, *in* post *salutem*, nec enim hic locus, praesertim addito alio abl. (*s. cont.*), eiusdem plane generis esse videtur ac pro Quinctio 62, 63, 64, 66 *iudicio aliquem defendere*. — **6.** Fuit, quum *nimirum ex Epicteto* marginalem quandam suspicarer esse notam (= „sc. ex Epicteto *philosopho* petitum“), ascriptam ad superiora illa „aut in obscuro .. nocendi“ (cf. de M. interpretamentis Em. p. 68). Offendit me etiam nunc saltem

illud, quod deest *Phrygia*, nam *Epictetus* vix, ne Graece quidem, pro *Phrygia E.* dicebatur (cf. Strab. XII p. 576 Cas.), neque *E.* illa *Phrygia* omnino, a Freundio quidem, ex ullo scriptore laudatur. — Infra vulgo: *rationes c.*, *in quibus .. induxit*, id quod esset: *r.*, *in q ..* *delevit*. Cicero, ut Verr. I, 106 *in rationem inducerent*, sic h. l. sine dubio scripsit *in quas*, librarius autem sive ad praec. *quibus* sive ad sq. aberravit. V, 20, 3 (*in rationibus rettuli*) auditur *ad aerarium*, vid. Man.

Ep. 11. 2. Acquiesco in *qui enim*, etsi ex *quod e.* (M) etiam *quomodo* facere licuit, cf. Em. p. 80, Madv. ad Fin. II, 53.

Ep. 12. 1. Ego: *virtutis*, *† industriae* (vulgo sine †). Excidit, puto, *ingenii* ante *ind.*, cf. de altero Appii iudicio 11, 2 *ingenio*, *ind.*, *virt.*: aliter saltem, ut fecit L., scribendum fuit *v. et i.* Ceterum B. male sic distinxit *magis nullam*, quasi *quod* (post *illud*) coniunctio (daß) esset, ac non pron. rel., sicut prius *quod* (post *id*), et *nullam .. auderet* ex *mirandum est* penderet, ac non ex *gratulor illud*, sicut *abs. esse te* ex *grat. id.* Ego, ut iam Graevius: *m.*, *n.* Sequitur vulgo: *auderet. Non .. neg.! Nihil:* ego sic: *a.*: *non .. neg.*; *n.*; nam *neg.* neque vocativus est neque exclamandi ille acc. (Madv. § 236), sed acc. simpliciter appositus ad „illud .. auderet“, cf. Madv. § 220, n. 3, Lael. 79 *rarum genus* (nomin. appositus ad (*ii*), *quibus*), 67 *indigna h. dubitatio* (app. ad „quaestio .. solemus“).

Liber IV.

Ep. 3. 4, ubi B. ex Bakii conj.: *ex.*, *quod facile appareat*, *quam me colat*, ego ex M scripsi: *† quum (cum) me c.*, quum suspicarer Ciceronem scripsisse: *ex. — q. f. a. —*, *quod me c.* *In quo*, ut I, 9, 4, IV, 2, 4, Q. F. I, 1, 43, sexcenties, est Germanorum in welcher Rücksicht (in gratia mihi referenda); *q. f. app.* est *q. f. apparere* (intelligi) *potest* (Madv. § 350, b., I, 7, 3 *q. f. intellexerim*, Att. II, 22, 6 et 23, 3, *VII*, *2*, *3*, Em. p. 41); *in eo* non, ut vulgo putant, est repetitum illud *in quo* (Madv. § 489, a), correlatum sententiae *quum .. obs.* (darin, wenn = darin, daß, cf. 14, 2 *consolatur*, *quum*, Lael. 48 *contrahat ..*, *si*); cf. 6, 1, ubi *o. officiis .. declaravit* = „quod o. o. apparuit“ et *quam .. putaret fore* = „existimat, quod me c. et observet, t. q. in eo se f. gratissimum“. Sed ego, quum vehementer dubitem, Cicerone omnino unquam *quum* pro *quod* posuerit (Madv. ad Fin. I, 10 laudat Fam. XIII, 24, 2, IX, 14, 3 = Att. XIV, 17, A, 3, adde Ligar. 6, Rosc. Am. 51, nam Fam. XIII, 28, 1 *quum* simpliciter est *quoticscunque* et Att. IX, 12, A, 3 Baiterus recte ex marg. Lamb. 1584 *quod* pro *quum* post *quum*), tum h. l. et XVI, 16, 1 nihil dubito, quin *quod* scripserit, sic enim post *gratum alicui facere* sexcenties legitur, et nostro loco accedit additum *in eo*, quod *quum* vix admittit (etsi cf. 14, 1 „*in eo* d. est, *si*“), cf. Cat. M. 68, ubi ego ex L. conj.: *eo meliore ..*, *quod* (um so besser, als) pro *eo m.*, *quum*; de vitii genere (*quod* et *quo* confusis) cf. XVI, 12, 5 „habeo *illam*

molestiam, *quod*", ubi M: *quem* ɔ: *quom*, VII, 15, 2, ubi M: „*Quam* (ɔ: *Quom*) . . venisti, . . gaudeam" pro *Quod* . . *v.*, . . *g.*, alia permulta.

Ep. 4. 2. Vulgo: *opinatus sis.* Ego: *o. esses* (sc. antequam res facta est); recta enim oratione scripsisset Cicero: „Aliter accidit res, atque o. *eram*" (non *sum*), cf. V, 19, 1 *putasses*, III, 11, 1 *putasset*, XV, 16, 3, ubi B. ex mea conj. *putaram* pro *putarim*, atque omnino de *putaram*, cett. Em. p. 27—29. Omisso *es* post *us* ex *ses* factum est *sis.* — **4.** Vulgo: *et a. maturitate et his temporum vitiis*, *ut.* Ego scripsi *iis* pro *his* (ut M semper pro *iis* atque adeo saepe pro *is* scribit), ɔ: et ob a. maturitatem et quia *ea* sunt t. vitia, *ut*, cf. 5 „Res sunt *eiusmodi*, *ut* . . possit", 6, 1 „*iis* (M *his*) temporibus fuerunt, ut . . cousolaretur"; neque enim *ut possit*, ut L. 1584, qui post *tamen* addidit *ita*, aliique putarunt, ex „hoc . . ingravescit" pendet. 3, 3 „*his* v. temporibus . . . acq." est = haec vero tempora *ea* sunt, *ut* nulla res alia levare animum molestiis possit.

Ep. 6. 2. Videtur mihi „manebat" postulare, ut inter *quod* et *ereptum* addatur *nunc*. Infra ex M1 scripsi: *quem † ad re p. capio*, incertus, *ad* ex superiore „*ad* rem p." repetitum utrum expulerit *e* (B. ex L. conj.: *e re p.*) an, quod veri similius est, simpliciter sit additum (cf. enim ann. ad I, 6, 1). M2 scripsit *a re p.*, opinor, quia supra est „*a re p.* maestum". — **3.** Vulgo ex Vict. conj.: *maior mihi levatio*; ego et Klotzius ex eo, quod est in M, *m. mihi vatio mihi*, fecimus *m. enim lev. mihi*, sic enim causa, cur Sulpicium videre quam primum cupiat, planius (per parenthesin, quam ego notavi) inter sententiam correctam eiusque correctionem interponitur. Aberrando ad sq. *mihi* ex *ENĪ* facile natum est *MI* (*mihi*).

Ep. 7. 6. Vulgo: *habemus. Gratia.* Ego: *h.*, *gr.*; pendet enim etiam *gr.* . . *victi* (= gr. *autem* . . . v.) ex *quod.*

Ep. 9. 2. Vulgo: *perc.*, *quod* . . *solet*, *minus.* Ego: *p.* — *q* . . *s.* —, *m.*, quo facilius *quod* referatur ad *aur. perc.*, non ad *idem illud*, ad quod ex ipsa sententia assumendum est *quod* (Romae) *videres.* — **3.** Vulgo: *tunc quoque.* Ego: *tum q.*; nam *tunc* a Cicerone vix ita dicebatur, ut esset Germanorum: in diesem Falle. Adhaesit, ut alibi, *c* ex sq. *q* (pronunciando = *c*, cf. *acquiro*, al.). — **4,** ubi B. ex Heus. conj.: *stultum nolle*, ego non ausus sum mutare, quod M habet, *st. est n.*: variavit enim Cicero tertium membrum, quum scriberet *stultum*, non *stulti*, nec omnino hoc prioribus duobus („si . . *magni animi* . . ne *superbi* et „si *sapientis* . . *duri*") ex aequo respondet, quoniam *stultum* non habet, cui sit contrarium. Sed, si quidquam esset mutandum, ego ex *est* (*st* post *m*) mallem facere *sit* quam delere.

Ep. 11. 1. Fuitne: „te cup. mei *esse* (sic in ed. mea scribendum fuit, non *fuisse*) sing."? Videtur vel apud Marcellum inaequalitas copulatorum membrorum (1, te cup. cogn., 2, te sing. m. b. *praestitisse*) paullo durior; excidere quidem inter *mei* et *s* facile potuit *ēse*.

Ep. 12. 1. B. ex violentissima L. conj.: *visum est [faciendum]*,

quoquo . . *haberet*, *vos c. facere*; *faciendum* enim unde errore nasci potuit aut cuinam sive interpreti sive interpolatori in mentem veniret de suo addere? Martyni-Lag. recte addidit *ut* (quod tamen ego non, ut is, post *fac.*, sed notissima illa sententiarum collocatione post *habereT* posui) et ex *facere* fecit *facerē*; nam *faciendum facere* Latinum non est, nedum Sulpicio, quoquo ille modo scribit, dignum. — Infra non mutavi equidem *supra Maleas*; sed mallem tamen, si in Cicerone versaremur: *super Maleā*, de superandis enim promontoriis non *supra* dicitur, sed *super* (Liv. XXXI, 47, XLII, 56, al.) neque pluralis numeri forma, quod sciam, hodie nisi ex Homero (Od. III, 287) laudatur: *super* et *supra* (per notas scripta) haud raro inter se permutantur; de *-as* pro *-ā* scripto cf. ad I, 2, 1, h. quidem l. omisso *m* ante *in* addi potuit *s.* — **3.** Vulgo: *fuerunt*, *pro* . . *propinquitate et.* Ego: *f. pro* . . *pr.*, *et.* Officia Sulpicii quaedam pro collegio et fam. fuerunt: ea omnia et vivo . . praestitit (non vero: „aliis de causis quae Marcello debuit, ea pro coll . . pr."). Ceterum *collegio* et 1—2 *collegam n.* vix, ut vulgo explicant, in pristinum consulatus collegium conveniunt, sed de praesenti aliquo (auguratus, puto) dicta sunt.

Ep. 13. 2, ubi B.: *tamen non nihil eis conficior*, *ut*, ego, ut vulgo: *t. nihilo minus* . . *ut.* Addi *nonnihil* vel *aliquid* quum „*confici* (fere = interimi, exanimari) curis" vix patitur (servat enim *conficere* vel sic propriam suam *perficiendi* vim: „Einem das Garaus machen"), tum vetat additum „*eis* (talibus, tantis), *ut* . . ex."; an vero, qui sibi videtur „peccare, quod in vita maneat", is *nonnihil* tantum c. conficitur, ac non *prorsus*? Scilicet, *quam* Cicero c. conficeretur, ipsum illud „eis, ut . . ex." satis superque declaravit. De *tamen nihilo minus* cf. XIII. 15, 2, Cluent. 76 et 103, Att. XI, 12, 1; excidisse autem in M (*t. nihil eis*), ut multa, sic h. l. *ominus* magis credo, quam aberrando ad *mihi* additum *nihil* esse (de *mihi* et *nihil* cf. II, 13, 2, ubi ego, ut vulgo, ex M. margine: *mihi signif.*, coll. V, 4, 1, VIII, 16, 4 — vid. Man. —, B. ex Vict. conj.: *non nihil s.*). — **5.** Vulgo: *sed possit nec. est.* Sic si Cicero scripsisset, si quidquam, ridicule illud diceretur: rem p. minimum tum posse, id autem (min. eam posse) necesse esse; neque enim, ut Sch. voluit, ex „minimum nunc quidem" audire licet „aliquando plus". Quid apertius quam excidisse non solum, quod τῷ *nunc q.* sit contrarium, sed, quoniam *posse* non, ut *valere*, per se ipsum ita dicitur, ut sit *multum* vel *aliquid p.*, etiam, quod τῷ *minimum*? Ego igitur sic scripsi: *sed ** p. n. e.*, quum suspicarer aberrando a *p.* ad *p.* excidisse *plus iam.* — **6.** Vulgo: *in ipsius consuetudinem* . . . *insinuabo.* Equidem de *insinuare* sic (= se i.) posito vehementer dubito, cf. ann. ad Att. II, 24. De Orat. I, 90, ubi vulgo est „ut et blandiri et suppliciter insinuare iis", iam in edd. vett., ut in nonn. codd., recte fuerat „ut et bl. s. iis", cui ex aequo respondet „et adv. minaciter terrere", meliores codd. partim *insin.*, partim alterum *et* omittunt, duo saltem habent *insinuari*, quod in archetypo, opinor, super *bl.* scriptum ansam dedit interpolandi. De Or. II, 149 *se* in arch. facile excidit post *penituS* (cf. Rh. ad Herenn. I, 10. Verrin. III, 157 ego ex

oppt. codd., Nann., Steph., Lamb., et Zumptius ex Lag. 42 *se* post *muneribuS* addidimus. Phil. V, 8, si *se* post *potestaS* non excidit, *insinuandi* dictum est, ut *movendi* (= motus, se movendi), *exercendi*, *percipiendi* a Cicerone, „signo *recipiendi* (= se r., receptui) dato“ a Caesare B. G. VII, 52 (cf. B. C. I, 46; B. G. I, 48 *erat recipiendum* non ex *recipere*, sed ex *se r.*, ut B. C. III, 25 „committendum esse“), de quo gerundii usu vid. Madv. § 418 et ad Fin. I, 69. Apud Livium XL, 37, 4 ante *Suspicio* excidere *se* facillime potuit (cf. IX, 2, 8). Manilius poëta (IV, 605) sibi habeat sive *insinuantis* sive *sin.* (= se ins.); cf. de *exercens*, *vehens*, *gignens* (*movens* Cic. T. D. IV, 30) Madv. ad Fin. l. cit. Itaque nostro loco *me* aut, ut L. fecit, inter *ipsius* et *cons.* aut ante *ins.* addendum est. — Infra vulgo: *te, id quod i. confido, s. malo, te . . tuis*, quasi Cicero „confidat *sperare* Nigidium se e. u. suis“, ac non ipse *id* confidat (ɔ: certo speret), quod eum sperare mavult, se . . suis. Ego: „te id, q. i. c., s. m , te . . tuis“, ut „te . . tuis“ appositum ad „id, q. i. c.“ sit.

Ep. 14. 4. *Videam* si Cicero scripsit, praes. conj. est, sicut *intelligam* (= fut. conj.), e *iudices* pendens; recta enim oratione Cicero dixisset: „Ego, q. r. o. e. intelligam (fut. ind., cf. 13, 7), quamquam *video*“ (non *videbo*). Potuit tamen ipse extra obliquam or. scribere *video*, librarius autem sive ad *quamquAM* sive ad *intelligAM* aberrare.

Ep. 15. 2, ubi B.: *hoc tempore breviter te* (M. om. *te*), ego *te* inter *hoc* et *temp.* addidi, cf. sq. „periculo *te* proprio“, 14, 3 „novarum *me* necess.“, 9, 1 „quo *te* animo“ et „Iisdem i. *te* rebus . . . *hortor*“, V, 11, 1 „pari *me* studio“, VI, 12, 3 „in graviore *te* cura“, al.

Liber V.

Ep. 1. 1, ubi B. ex Or. conj. conj.: *absentem me lud.* (M: *absente l.*), ego ex mea: *absentem me a te l.*, coll. 2, 1 „*te a me* lud. l. iri“; aberratum est ab *absenTĒ* ad *TE*. — **2.** Vulgo: *speraBam.* Ego ex mea conj.: *speraRam*, cf. de eadem re § 1 *Existimaram* et Em. p. 27—29.

Ep. 2. 2. Vulgo: *c. Iam hoc non p. in te.* Ego, quoniam non ad novum aliquid transitur (*iam* = ferner), sed explicatur, cur sit risus non in Metellum, sed in errorem Ciceronis consecutus, non dubito, quin Cicero scripserit: *c.; nam hoc non potest in te non honorifice esse dictum.* — **8.** Vulgo: *trucidare, bellum.* Ego post *trucidarE* addidi *et*; tria enim aequalia, non duo, quorum unum bipartitum, membra esse illa, „urbem . . conflare“, docet, quod sequitur, „curiam . . bello“. Deinceps, ubi vulgo est *iudicaret*, ego: *iudicarit*; Latine enim dicitur: „iudicavit, quum dixit“, non: „iudicabat“, cf. Att. XIV, 5, 2, X, 10, 1, XII, 38, 1, X, 3, A, 2, ubi B. ex mea conj.: „Homines ridiculos! qui . . *dubitarint* (Em. p. 127), alia permulta. Tusc. D. III, 27 ego sic distingvo: „Tarquinio v. quid impudentius? qui b.

gereret . . superbiam, is . . confectus“; inesse enim impudentiam Tarquinii non in eo, quod „b. gessit . . sup“, sed in eo, quod, „quum *regnare* omnino *non posset*, aegritudine est confectus“, quum ex tota § 26 intelligi potest, tum ex „est a. *impudens luctus maerore se conficientis*, quod *imperare non liceat* l.“ — **10.** Vulgo: *hoc rescribo.* Ego: *haec r.*; respondet enim Cicero non unum, sed tria: 1) „Ego . . admonet“; 2) „a te peto . . fuisse“; 3) „ego . . detraham“.

Ep. 4. 2, ubi vulgo: *fert*, Cicero sine dubio scripsit *feret* (de confusione cf. X, 11, 2), relatum ad *serves* (fut. conj.), non ad *peto*, quocum tempus ei non est commune.

Ep. 6. 2. Vulgo: *HS. XXXV.* Cicero sine dubio plene scripsit: *sestertio tricies quinquies* aut saltem *HS. tr. q.*, vid. Madv. Bem. über seine lat. Sprachlehre, 1844, p. 36 et cf. Att. XI, 1, 2, IV, 2, 5, ubi ego ex v. c. Lamb. (ɔ: Z) et M: *sestertio vicies*, pro Font. (fragm. Nieb.) 4, ubi N. ex ed. pal.: „in *ducentis* et triciens sestertio“, quasi esset = „in s. tr. et ducentis milibus“, ego vero, quoniam minor maiori numerus nunquam praeponitur et 5 „pecunia *maxima*“ dicitur, scripsi: „in *ducenties* et tr. s.“ (cf. Att. IV, 2, 5, ubi M *vicis* pro *vicies*), alia multa. — Infra ego post *partIM* addidi *mihi* (MI); nam audire *mihi* ex „*me* . . oderunt“, quoniam sequitur „et *a me* i. metuunt“, durius est.

Ep. 8 ego inter *CICERO et M. LIC.* addidi *S. D.*; cf. de plena salutandi formula IV, 1, 2, 3, 4, 6, 7, 8, 9, 13, 14, (15), V, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 12, 13, 14, 15, cett. — 1. Ego ex M: *Q. † ad meum st.*; nam potest quidem *ad* aberrando ad sq. *ad te* esse additum (om., ut vulgo, B. *ad*) — cf. 2, ubi M „*hominum* l. a. d. *hominunc*“, 7, 3, al. —, sed potest etiam natum esse aut ex *absente te*, omisso *sente te* ante *me* et scripto *d* pro *b* (cf. de eadem re 2 „*tibi absenti* . . . meam“ et maxime 5 „Quae . . *te absente* d. tuae“ et de ordine verborum I, 1 *absentem me*, II, 16, 6 *adolescente me*, al.) aut, ut Klotzius et Krause voluerunt, ex *a. d.*, ut exciderit numerus diei.

Ep. 10. a. 2, ubi B. ex Or. conj. olim mihi probata: *qui sua . . occisos a Catilio* (M: *o. actiones*, unde saltem faciendum fuit *o. a C. esse*), ego nunc ex Krausii conj. scripsi „qui *ob* sua . . occ. *actiones* exp.“, nisi quod is deteriore verborum ordine: *qui sua ob bona*: satis fuit *sua* ante *b.* poni, protrahi ante *ob* quid attinuit?

Ep. 10. b. B., ut vulgo: *cepi *** † unum hoc.* Ego: *c. ***** † unum, hoc*, ut exciderint quinque oppidorum nomina, unius (Martyni-Lag.: *Ulcinium*?) exitus, sed corruptus, supersit.

Ep. 12. 2. B. ex Westermanni conj. *Phocicum bellum* (vulgo: *Troicum b.*); ego: *Phocium b.*, vid. lexx., quae illam formam ignorant. — **8,** ubi vulgo: *impetro*, ego ex mea conj.: *impetraro.* Sine *hoc est . . impedierit* potuit scribi *impetro*, ut 10 est „si recipis“ et „Si suscipis“ et „sin differs“, sequente futuro: nunc explicatum verbum et id, quo explicatur, tempore inter se divelli non potuerunt, non magis, quam 7 scribi potuit: „fuerit . ., si . . pervenio“ aut 6: „acciderit o.,

si . . es“. Cf. III, 10, 3, ubi B. ex L. conj. recte: „Si v. *effeceris* (M *efficis*) . . et si . gesseris“.

Ep. 13. 2 excidit, opinor, *nunc* inter *et* et *uideo*, cui in altero membro respondet „*proximis* litteris“. — **3.** Ex *videris* ante *spem* fieri *videre* facile potuit. — **5.** Vulgo: *de me ipso.* Ego: *de me ipsi*; contrarium enim est illud: (*tu*) „das mihi . . . gessimus“ (4), et sequitur „quarum e. *tu* . . vol., e. c. (*mea*) comm. lenimur“.

Ep. 14. 3. Ex M, in quo lacuna V litterarum est, B: *redeamus* . . . . . *ad.* Ego scripseram: *r. atque* (in arch. fuit *adq.*) *ad*, sicut nunc B. quoque suspicatur.

Ep. 15. 2. Vulgo: *Possumusne i. e. una? Nec m.*, ɔ:, si dis placet, *Nonne possumus*? (cf. Madvig. § 451, a). At nota illa *Videmusne*, *Videsne*, *Potuitne* (Milon. 38), cett: longe alium colorem habent. Cicero hoc dicit: Quoniam dixi „Tecum vivere possem“, quaeri potest: „Possumusne esse una?“ Necesse utique fuit responsum per *nec* cum sqq. copulatum non audiri, sed diserte dari. Ego igitur scripsi: *una? † nec m.*, incertus, utrum, (ut L. 1584 voluit et ego magis credo) exciderit *Possumus* post *una* (cf. Phil. XII, 27, al., et III, 7, 2, ubi M om. *possem*) an Cicero scripserit *una? Non m.* (cf. 14, 1, ubi M *non* pro *nunc*, 14, 2, ubi M *non* pro *nec*, al.).

Ep. 16. 2. Vulgo: *cogitemus. Neque hac neque ceterae consolationes.* Ego primum pro *hac* scripsi *haec*; quae enim praecedunt, „Est a. *consolatio* . . *cogit.*“, non plures habent consolationes, sed unam tripertitam sive tripliciter expositam: 1) „homines . . vivamus“, 2) „neve . . possimus“, 3) „eventisque (ɔ: e. ut) . . cog.“. Deinde post *cogitemuS* addidi *sed* (*s*; vel *s̄*); supra enim est „pervulgata *quidem* illa“.

Ep. 17. 2. Vulgo: *quum in tui f. iudicio ac p. tuum crimen coniungeretur*, scilicet ut audiatur: cum tui fam. crimine! Ego, ut nunc Kayserus vult, deleveram *in* sive ex „*in* crimen“ repetitum sive ex praec. *m* natum.

Ep. 19. 2. Vulgo: *quae sunt rectissima.* Ego: *q. sint r.* Necessario *q. s. r.* pendet ex „*dubitare* n. p., quin . . *conducant*, non extra obliquam orationem positum est, cf. de eadem re § 1 „nihil . . hon. *sit*“, IV, 2, 2 „ut nihil . . rectum h. *sit*“, al. Contrario mendo M paullo supra „si nos ii *simus*“ (cf. IV, 2, 2) et 14, 3 „si non *possimus*“.

Ep. 20. 1. Vulgo: *dein, si rationum.* Ego: *dein *., si r.*; excidit enim ante *si*, si non plura (sicut 3), at certe *scito*, vid. Em. p. 68. — **2.** Nunc totum illud *scriba* delevi, quod B. ex mea conj. (Em. p. 68) uncis incluserat. — **3.** Ego nunc: *quamobrem* ****. *De Vol.*, ut plura exciderint. B. cum Or., qui *detuli* tantum suppleri voluit: *q.* . . . . *De V.* De falso illo *Deferre* (pro *Referre*) vid. Em. p. 73. — **4,** ubi ego: *meum ** praef.*, B. ex mea conj. item: *meum* . . . . *p.*, excidit sine dubio *M. Anneium* (Em. p. 76). — **6.** Vulgo: *Sicut scribis tibi.* Ego *S. s., t.* Scilicet „tibi i. e. ref.“ non simpliciter ex *scribis* pendet, sed ad explicandum *sicut* appositum est. — Infra, ubi B. mecum: *in † pecuniae exactae ita efferre*, quod ego conieci: *in pecuniaM exactaM ista referre* (sic Klotz. ex mea conj.) vel *in pecunia exacta i. r.*, de eo vid. Em. p. 74. — **9.** Vulgo: *HS. XXII.* Cicero sine dubio: *sestertium bis et vicies* (ut de eadem re Att. XI, 1, 2) et 3 *sest. tricies* et *sest. undevicies*; cf. ad 6, 2.

Ep. 21. 3. Vulgo: *Sed p. animus, qui.* Excidit, opinor, *meVS* post *animVS.* — Infra, ubi vulgo est: *vita ingenua* . . *viximus*, ego ex mea eademque Or. conj.: *vitam ingenuam*; cf. Verr. II, 118, Cluent. 170 (ubi pars dett. codicum *qua* pro *quam*), Cat. M. 77, al. Deinde pro *et in libera* scripsi *et † in l.*, dubitans, *et in l. re p.* Cicero scripserit an (ut ed. N.) *et l.* In vulgata scriptura iterandi *in* causa nulla fuit: aberrando ad prius *in* addi facile potuit. Veri similius tamen mihi videtur post *libERA* excidisse *REpublicA*: aptissime sic suum utrique substantivo est adiectivum.

Liber VI.

Ep. 1. 1. Vulgo: *ubi est.* Ego: *u. sit*, ut est in hoc loco repetendo 4, 3 „tempus . . . malit“ et de eadem re IV, 4, 2; pendet enim *ubi sit*, ut 4, 3 ex *velit* et IV, 4, 2 ex „cuique *videatur*“, sic h. l. ex *malit.* Confusa sunt (ante *esse* et *est*) *ubisit* et *ubist.* — **4.** Vulgo: *est spes aliqua rebus c.*; M: *e. s. a. erebus c.* (ut 13, 5 *re p.* pro *de re p.*); ego ex mea conj. (Em. p. 78) a Klotzio recepta: *e. s. a. de r. c.* Non „*rebus*“ spes est (ɔ: res spem habent, sperant), sed *nobis de* rebus. Cum h. l. sententia cf. etiam VII, 3, 4 et 28, 3.

Ep. 3. 3. Vulgo: *perspexi, tale.* Ego: *p., tum t.*; vid. Em. p. 79.

Ep. 4. 1. B. cum Vict. et Or.: *non quo* . . . . . . *sed quod d.*, ut nonnulla exciderint. Ego: *non quo *, sed † quod d.*, nec adhuc meae me poenitet coniecturae (Em. p. 80) a Kielsenio receptae: *non quomodo, sed quid, d.* De ellipsi cf. Att. XII, 19, 1 „sed *quos*, c. videbimus“. M, ut h. l. *quod* pro *quid*, sic paullo supra *quid* pro *quod* peccat.

Ep. 5. 3, quem locum B. ex egregia Madvigii conj. tandem emendavit, vide tamen, ne Cicero scripserit non *de omnibus*, sed *de ceteris* (2 „aut tibi aut *ceteris*“), interpolatumque illud *accedunt tua praecipua* (quod, omisso in antiquiore aliquo ed. „*quam* de . habemus, accedit ea“ ante *quam* e. o. de te i. habemus“, M tam stulte inseruit: *accedunt*, quo „ad eam spem“ suppleretur“, *tua praecipua*, quod proximo „cum aliis communia“ responderet) expulit non *sed* (Madv., B.), sed *sed etiam*, nisi *etiam* hinc ad „tibi cum a. comm.“, ubi abundat, aberrando retractum est (etsi de *etiam* . . *etiam* cf. 6, 12). In *virtutem* quid lateat, satis ea declarant, quae sequuntur. Caesar eo ipso Caecinae bono, quo delectabatur (= „cui m. tribuebat“), violatum se putabat, id autem bonum (ut 6, 8 et 9) uno verbo *ingenium* appellatur („h. i. opinonem *ingenii*“): ergo *cui* relatum est non ad posterius solum duorum illorum „ex. *ingenium* s. † virt.“, quasi inter se diversorum, sed

ad utrumque, ut unius notionis partes; *ingenium* autem h. l., ut persaepe (Lael. 1, al.), non universe dici, sed proprie, ɔ: de ingenita bene dicendi *scribendique* facultate intelligitur ex 7, 1 („a. *stili* . . . *male dixi*“) et 2 („qui . *scripsit* c. s. v.“) et 4 („a. *stilum* p.“), coll. 6, 9 („Ex eodem . . aspersus“) et Suet. Caes. 75. Quare ego spreta L. conj. *doctrinam* et Gron. *eruditionem* (duae enim notiones, non una, sunt ingenium et doctrina (cf. Div. II, 130) ex certissima Sch. conj. scripsi: *eloquentiam*, cf. 9, 1 de eodem Caecina „summaeque *eloquentiae*“; aberravit scilicet librarius a *summamque* ad superius *virtutem*, cf. Em. p. 4 n. 4 (maxime ann. ad VI, 7, 4 p. 86) et ad 13, 4; an, omisso *eloque* post *que*, ob illud „virtutem“ ex *ntiam* fecit *virtutem*?

Ep. 6. 2. B. ex L. conj.: *non putarant*; at „non putabant“ illi etiam tum, quum „expulerunt“; „non putaverant“ contrariam potius sententiam haberet hanc: „ante non p., sed tum videbant“, cf. Em. p. 27 sqq. Ego ex M: *non † putarunt*, incertus, *putarent* (ut Martyni-L.) Cicero scripserit (4, 2 M *putaramus* pro *putaremus*), ut *ii*, *qui* sit Germanorum „Leute, die“ (cf. Madv. ad Fin. II, 15, Gr. § 364, n. 1, Rosc. Am. 39, al.), an *putabant* (cf. 6 „ab iis, qui . . putabant“; de *RV* pro *BA* cf. I, 2, 2). — **6.** Vulgo: *sciens* „ad . . positam“, quasi ex poëta aliquo sumptum sit „ad . . p.“. Ego: *sc. ad . . p.*; cf. de *pestis* lexx.

Ep. 7. 1. Vulgo: *ne ea res inepte.* Ego: *† inepte*; quid enim, quod in loci sententiam conveniat, „inepte nocere“ esse potest? *Inepto* (Mart.-L.) vix aptius est. Fortasse in *inepte* latet *inpense* (inpēse); an, quoniam totum abesse poterat (cf. 6), ex *necares* natum est (cf. Em. p. 4 n. 3)? — **4.** Primum vulgo: *num offendo*? At vix, ne apud eum quidem, qui 2 scripserit „persuasus est“ et „eo *quidem* ipso tempore“ et 3 „ego *quidem*“ (Cicero *q.* non addidisset), alia parum Tulliana (3 „beneficium“ in altero demum membro positum, ut 4 „verbum“, 1 „quoniam accipiatur“ non post „neque iniuria“, sed post „si l. exisset“ demum positum), verum esse potest *num off.?*: ego, ut Graevii cod.: *non o.?* Deinde vulgo: *porro offendam.* Ego: *p. † o.* Videor mihi etiam nunc in Em. p. 85—86 satis demonstrasse sic esse scribendum latereque in *offendam*, si non *reprendo aliquem* aut *reprendo*, at certe *reprendam* (quod tamen apud Ciceronem quidem postularet „non volet“ vel potius „nolet“; de *laudo* . . *reprendo* cf. V, 12, 8 (de simili re).

Ep. 8. 1. B. ex Sch. conj.: *rogationi vel* (Sch.: *aut*, ut minus usitatum, ita aeque rectum, cf. Att. IV, 1, 1, al.) *flagitationi.* M. om. *vel fl.* *Flagitatio* Cicero dixit Top. 5: gravius verbum, *efflag.*, quod simillimo loco, V, 19, 2 („admonitio . . vel potius *efflagitatio*“) posuit, hic ego substitui.

Ep. 10. 2. Plane insolitum est *debeREM*, v. Madv. § 348, c. n. et cf. 13, 4, ubi eadem tota sententia iisdemque fere verbis est: „Si . . . *debeBAM*“; quare, etsi Pal. Taur. cum M consentit, valde vereor, ne cuius antiquissimi codicis scriptor ob praec. *possEM* coniunctivo scripserit *debeREM*. — **3.** Epitome huius ep., quam habet Pal. Taurin., desinit in: „nihil erit saltem, quod non pro te mihi susceptum *maximum*

semper ac“: latet fortasse in *max. s. ac* . . . vel *iucundum s. ac gratum* vel *max. s. ac iucundum.* Ceterum ego cum Victorio novam quandam epistolam (scriptam a. 708 ante § 1—3) ab „Antea misissem“ incepi. — **6.** Vulgo: *quantum . . potuerim.* Coniunctivi causa nulla fuit; quare ego: *potui.* Librarius ex *potui* aberrando ad *FVERINT* fecit *poTVERIM.* Cf. XIII, 29, 7, ubi Madvig. post *fecERIM* ex *intellexERIM* fecit *intellexi*, et XII, 17, 3, ubi ego ante *tribuAM* pro *intelligAM* cum Dr. 3 scripsi *intelligo.*

Ep. 11. 1. Vulgo: *acciderat mihi opus esse — et*; sed *accidit* Latine nec per se cum acc. c. inf. poni potuit nec ita, ut esset = „acc., *ut crederem*“; aliud est enim *adducor* breviter sic dici (cf. Madv. ad Fin. I, 14). Itaque, ut Otto ad Tac. Ann., sic ego conieceram excidisse *ut* post *at* et *esse* ante *et* pro *esset* esse scriptum; sed, quoniam potuit etiam fieri, ut librarius, sicut alibi, *esset* („ut m. o. esset, ille“) in *esse* et *et* distraheret, in textu scripsi: *a. † mihi o. esse*, *et*, et totum illud *nec . . peric.*, quo duae causae, cur Cicero Dolabellae antea obligatus nihil fuerit, interponuntur, parenthesi inclusi, ut contraria duo „*antea* obl. ei n. eram“ et „*nunc* t. sum devinctus *e. b.*“ continuarentur (vulgo: *eram — nec . . esse — et*).

Ep. 12. 1. Vulgo: *Omnia promissa confirmata*, *certa et rata sunt.* At sic Cicero saltem scripsisset: *O. p. c.*, *c. r. s.* aut potius: *O. p. et c.*, *c. et r. s.*; sed in hac ep. perscribit, non quae promissa tantum a Pansa ceterisque sint, sed quae, ab iis promissa, *certa* sint (cf. 3 „pro certis . . perscribi“), ne Ampius „usura *falsi* gaudii fruatur“ (1): quare ego sic: *O. p. c. c. et r. s.* De *confirmata* pro substantivo posito, ut quod sit ad semisubstantivum *promissa* adiunctum, v. Madv. Ep. Crit. p. 128 (Verr. V. 139 „*promisso* n. ac *recepto*“) et Op. Ac. I p. 372 et ad Fin. V, 44, et cf. Att. VI, 1, 2 *constituta*, Lael. 6 *provisa*, Lucr. V, 1223 *admissum*, al.

Ep. 13. 4. B. ex Kayseri conj. *gratia* uncis inclusit me non improbante: potuit enim *gratia* aberrando ad *gratiae* addi, et, ut „quidquid . . *gratiae* valebunt“ respondet ei, quod in gemina illa ep. (10, 2) sic dicitur: „ea, quae . . *dignitatis* (= „auctoritatis et *gratiae*“ ibidem)“, ita „studium . . fides mea“ idem fere est, quod illic „illa, quae . . mea“ (ɔ: operam consilium, rem fidem meam“ § 1), cf. 5, 1; sed magis credo Ciceronem tria paria h. l. posuisse: „studium *officium*, consilium opera, *res* (Vermögen) fides (Credit) mea“: de *st. off.* cf. 6, 13 et 14, 1 et 22, 3, al., de *res* 10, 1; *officIVM* post studIVM omitti facillime potuit, *res* vero repetendo *gratia* expelli (cf. ad 5, 3).

Ep. 17. 2. B.: *valuerunt*, *† ut valeant.* Ego: *† v. ut v.*, probata Graevii conj. *v. aut valent* (v. Man. et cf. IX, 17, 1 *qui valebunt*), nisi quod fortasse etiam *aut* ante „*va*luerunt“ excidit.

Ep. 19. 1. Ego semper haesi in „Falernum m. s. *idoneum* v. c. *deversorio*“, quum vehementer dubitarem, Tullianaene aetatis esset *idoneus* sic (= *ad* devertendum) ponere; nam Caes. B. G. V, 10 et VII, 35 *castris* (für das Lager), opinor, a *deligit locum* (= castrorum l. d.) pendet, non ab *idon.* (Madv. § 241, n. 3). Fuitne: *i. v. e. deversoriū?*

Liber VII.

Ep. 2. 3. Vulgo: *discrimen e. habitura.* Sic si Cicero scripsit, *habere* est = *positum h.*, cf. *habere spem in aliqua re*, al. Mallem tamen aut (ut L.) *aditura* (cf. 1, 6, ubi M *habundantia*, sicut is fere semper *his* pro *īs* ɔ: *iis*, Rosc. Am. 150, ubi cd. arch. *praeditus* pro *praebitus*, alia multa) aut *subitura*.

Ep. 3. 1. Vulgo: *III. Idus.* Ego ex Att. X, 16, 4 et 17, 1: *IIII. Idus*; excidit *I* ante *I*. — **3.** Vulgo: *fractos superiores fore.* Ego post *fractOS* addidi *nOS*; post *putavi* enim audiri potuit *me* (Madv. § 401), *nos* non item.

Ep. 5. 2. In *M. † itfiuium* latet fortasse *M. Titinium.* Fuit quidem certe M. Titinius quidam, eques Rom., Ciceronis amicus, ad quem datae ab eo epistolae apud Suet. de Clar. Rh. 2 exstat fragmentum. — Vulgo: *vel hunc † Leptae delega, si vis: tu ad me alium mitte.* Ego primum sic distinxi: *del.; si vis, tu*; cum „vel . . del." enim prorsus ex abundanti ingereretur *si vis*, quod iam in ipso *vel* inest. Deinde scripsi *vel h. L. delegabo*, sicut Lamb., qui tamen *hunc* omitti voluit, sed sine causa, cur enim *h.* in altero membro addi non potuit, si Caesar, ut puto, hoc dixit: „vel *hunc*, ut obscuriorem quendam hominem, a me ad Leptam delegabo, qui eum ornet; si vis, tu ad me *alium*, minus obscurum hominem, mitte, quem *ipse* ornem"? — **3.** Vulgo: *prob. h., mel. virum, pudentiorem esse neminem.* Potuit Cicero dicere: *pr., mel., pud.* (*hominem* vel *virum*) *e. n.*; quem vero non offendit disparilitas ista sive duorum membrorum (sic Cicero saltem scripsisset *mel. v. aut pud.* aut *m. pudentioremve v.*) sive trium? Ego post *pudentioreM* addidi *amicuM*: ambiebat Trebatius gratiam Caesaris amicitiamque (cf. 7, 2 „ut sis in *familiaribus* Caesaris, 8, 1, 17, 3 „*amicitiae* . . viri", al.), in eo autem, ut ait Cicero 7, 2, *pudor* plurimum adiuvat. Cf. de paribus aequalibusque tribus membris 7, 2, alia sexcenta.

Ep. 6. 2. Vulgo: *multi, qui domi a. agerent, propterea sunt improbati*; nec equidem mutare ausus sum, sed tamen credo ex *quod* ante *d* factum esse *qui* (cf. I, 1, 1, ubi M *qui* pro *quō* ɔ: *quoniam*, alia multa), nam praecedit „sibi vitio verterent, *quod*", et *propterea* postulat *quod*, *qui* (ɔ: *quum* ii) vix admittit: aliquanto alius generis est Cat. M. 85 „si in *hoc* erro, *qui* . . credam", similiaque, de quibus Madv. ad Fin. II, 39.

Ep. 7. 1. Vulgo: *afferuntur.* Ego: *afferantur*; cf. ad V, 19, 2.

Ep. 8. 2. Vulgo: *Quin tu urges . . . rep.!* Ego: *Quin . . . r.?* Vid. Madv. § 351, b, n. 3. „Tu urge!" est exclamantis, „Quin tu urges" interrogantis.

Ep. 12. 2. B. ex Or. conj.: *quis enim [est], qui facit nihil nisi sua causa?* At primum ex „bene agier" non licet audire „bene *aget*"; deinde quid magis perspicuum est quam Ciceronem hoc dicere: „inter *bonos* bene agi; qui autem omnia sua causa faciant, *bonos* non esse"? Quod vero in M est, *quis e. est, qui . .*, quoniam non licet

sic explicare, ut aut *bonus* ex *bonos* audiatur aut *is* (Cicero saltem scripsisset: *qui* — vel potius *quid* — *e. is est, qui . . causa?*, ɔ: qui . . . causa, *bonus* non est), ego ex necessaria Man. conj. addidi *bonus*, sed inter *enī* et *est*, non post *est*.

Ep. 13. 1. Vulgo: *Hic . . accipis. Audi.* Ego: *Hic . . acc.? A.* Interrogari (cum indignatione aut admiratione) h. l., ut V, 15, 4 et Phil. VIII, 11, facile intelligitur vel ex Sall. Cat. 52, 11, ubi, si interrogatio nulla esset, dicendum fuit *aliquis*, non *quisquam*. — **2.** B. cum L. 1584: *repetunt. Et tu* (sc. *Romae*) . . *adhiberi? neque.* At nemo in hac sententiarum structura (*et . . neque*) divinaret interrogativum prius membrum esse, alterum non item; Cicero certe scripsisset, ut L. in marg. 1584: „*at* tu *non* soles . . adh., neque". Ego sic: *r., et . . adh., n.*; nam Cicero, cur „metueret, ne *artificium* (iuris prudentia) Trebatii ei in Gallia parum prodesset", hanc causam addidit: „Istic non *iure*, sed *ferro* rem repetunt, et tu soles ad *vim* (belli) faciundam a Caesare adhiberi, neque est, quod . . pert. (ɔ: ohne daß Du zu fürchten brauchst). Deinceps ego ex Beieri conj. (Fragm. Oratt. p. 3), ut Or. II, scripsi *QUO* (ɔ: in quam possessionem). Non mirum, si *quo* et *quod*, ut saepissime, sic h. l., praesertim paullo post *quod i.*, confusa sunt.

Ep. 16. 1. B. ex Crat. conj.: *Primum illas r.* (Cicero saltem scripsisset: *Primum r. i.*). Ego, ut vulgo: *Primas i. r.*, ɔ: „Primae illae litterae rabiosulae (vid. Man.), quas dedisti, sat fatuae erant". De „primis" Trebatii epistolis cf. 13, 1 et 17, 1 „*primorum* mensium litteris tuis". Neque vero ego, ut B. et Klotz., credidi Müllero *rab. sat. f.* poëtae alicui tribuenti („*rab. s. f.*"): et *rabiosus* et *fatuus* et *sat* (pro *satis*) Cicero ipse saepius dixit, v. lexx.; de diminutivo *rab.* cf. *miniatulus* (Att. XVI, 11, 1), al.

Ep. 17. 1. Excidit, opinor *et* vel *ac* post *imperatorē*, cf. 18, 2 et ann. ad III, 7, 3.

Ep. 18. 1. Vulgo: *d., non imbecill . ., sed magis ut des.* Semel posito *ut* Cicero, puto, sic scripsisset: *magis des. n. ut te:* scripsit sine dubio aut, ut Crat., *d, non ut imb . . .* (cf. I, 9, 10 et 25, alia multa) aut per anacoluthon *d., ut non i.* Excidit facile VT sive ante IM sive post VI. Ego: *d., † non i.*

Ep. 19. Vulgo: *consequere, ut.* Ego: *c. ut*, ne *omnia* ex *cons.* pendeat, sed ex *intell.*

Ep. 23. 2. B. ex edd. vett.: *erat aptum bibl.* Ego ex M: *† erant a. b.* Potuit quidem Cicero scribere, ut B. (sc. *Musas mihi emere*), sed potius excidit *ornamentum* sive, ut Kaysero videtur, post *bibl.* sive, ut mihi, post *tamen erant*, cf. de simili re Att. I, 4, 3 et 6, 2, al.

Ep. 24. 1. Vulgo: *iam tum. Tum* (quando?) sine dubio corruptum: ego: *iam † tum.* Fuitne, ut conj. L., *i. dudum?* — **2.** Vulgo: *Habes Sardos . . nequiorem.* Ego: *H.* „*S . . . n.*"; vid. Fest. s. v. *Sardi venales.*

Ep. 25. 1. B. ex sua conj.: *vereri, ne, si istum infestum habuerimus*; at *infestum aliquem habere* est *a. infestare*, non inimicum

a. h., v. lexx. Ego ex M: *v.*, *† nisi istum h.* Si Cicero scripsit *ne*, *si*, post *istum* excidit *iratum* (cf. Att. XIII, 49, 1) vel *inimicum*; sin, ut magis credo, excidit *ne* ante *nisi*, post *istum* omissum est *placatum*.

Ep. 27. 1. Vulgo: *liceat; quod.* Fortasse sic distinguendum: *l.*, *q.*, ut *quod* ad *id* referatur.

Ep. 28. 1. Vulgo: *quum q. haec urbs*, *a.* Ego: *q. q. h. urbs fuit*, *a.* Post *quum* sic audire *fuit* Ciceronis non est. — **3.** B. ex Kleynii conj. inter *miHI* et *CArior* addidit *VITA*, ego *VITA MEA*, vid. X, 12, 5, XI, 5, 3, Phil. XIII, 7.

Ep. 30. 1. Vulgo: *impenderet tum*, *quum*, ɔ: videris multo ante, quam *hinc profugisti*, providisse, quid tum, quum hinc prof., imp.!! Ego sic: *i*, *tum*, *q. h. p.*, ɔ: *tum*, q. h. p., q. i., m. ante, quam id, quod impendebat, evenit, *providisse* v., cf. de eadem re 28, 1 „*vidisse* m. m. videris (*tum*), quum . . contulisti. — Vulgo: *fuisti*, *quum . . posita esset.* Ego: *p. est*, ɔ: fuisti *tum*, quum . . *p. est* eoque mortuo sella sublata est, ille . . *habuit . . renuntiavit. Est* et *ēset* saepe confusa sunt, h. l., opinor, aberrando ad „trib. *esset*". — **3.** Vulgo: *maximo meo beneficio est* (M: *beneficiost*). Dicitur ablativo „qualitatis" *magno honore esse:* „*m. alicuius h. e.*", ut sit „m. h. ab aliquo esse affectum" vix item; quare Crat. non sine causa addidit *affectus*, ego autem, ut Kleyn., conieci *m. m. b. usus est* (*usus* facile inter *o* et *st* excidere potuit): an, ut evitaret „mis*sus est* . . u*sus est*", Cicero scripsit *m. est*, *usus m. m. b. est?* post *usest* quidem *usus* facillime potuit omitti. In textu vero sic scribere vetat Phil. VIII, 18 *quum suo magno esset beneficio*, *venisse*; etsi ibi quoque *usus* aberrando ad sq. *u* excidere facile potuit. — B. deinde: *est; bis . . defensus*, *et.* Ego: *est — bis . . def.* —, *et*, cohaerent enim inter se necessario „m. m. b. est" et „est . . observat".

Ep. 33. 2. Aberravit M ad „*meis* acq. auribus", sive, ut Ern. conj, *litteris*, *quibus* sive, ut ego, *l. tuis*, *q.* a Cicerone scriptum fuit.

Liber VIII.

Ep. 1. 1. B. mecum (Em. p. 93) ex Lallem. conj. *discedens* pro *decedens*; cf. Man. Vide tamen, ne Caelius scripserit *discedenti*, cf. 2 *quum Romae essemus* (una), 3, 1; 6, 2; 10, 5, et de vitio 4 (*vigens* pro *vigent*). — **2.** Vulgo: *nam et illi . . caluerunt; Romam . . accepi. Praeterea.* Ego: *nam . . c.*, *R . . a.; pr.;* Caelius enim, cur „nulla m. o. exspectatio sit", duas has causas addit: 1) „rumores de c. Tr. illi *quidem* C. t. caluerunt, *sed*, Romam q. v., . . accepi" (= „*quum* r. i . . caluissent, *tamen*, R. q. v., . . acc."; 2) „Marcellus . . essemus". De *et* (sowohl) . . *praeterea* cf. Madv. Exc. I ad Fin. p. 799—800, 802—3. — **4.** Sine dubio inter *Quod* et *ad Caesarem* excidit *attinet*, cf. 2, 2; 3, 2; 4, 3; 5, 1; 8, 4; 10, 1 et 5, ad Q. F. III, 1, 7. — Infra, ubi ego, ut vulgo: *quod illorum capiti sit*, necessarium mihi videtur *ipsorum* (ɔ: non *tuo*, sed *ipsorum*, das komme über ihr eignes

Haupt!). Haud raro in *ipse*, *iste*, *ille* a librariis peccatum est; cf. Obss. in Sestian. p. 9, Emm. T. D. I p. 1.

Ep. 2. 2. Vulgo: *M. Octavius . . et C. Hirrus mecum petit.* Ego: *petunt* (petūt). Potuit Caelius scribere: „*Petit* mecum M. O. et C. H." — Infra Caelius, opinor, ut omnes, scripsit, non „h. litteras tibi *dedit*", sed *reddidit*; ante *DID* omisso *RED* ex *didit* factum est *dedit.*

Ep. 3. 1. Excidere facile potuit *esse* inter *se* et *cand.*; sed cf. VII, 33, 2 *probare se liberum*, al. (Madv. § 479, a, not.). — Infra vulgo: *nam mea*, *si fio*, *f. cum loc. referam* (ut M, sed hic: *si fio*, *si fors.*). Neque Corradi interprstationem („meă referam" sc. in tabulas vel quasi conferam") neque Manutii („meā, ɔ: mea quidem causa, ideo minus cupio, quam tua, quia", et „*referam* = fiam") opus est refellere. Ego: *nam*, *si fio* (sc. aedilis), *f. c. l. fiam* (sc. cum quo sumptibus ludorum certare e re mea non erit). M aberrando, ut *si* post „*si* fio", sic *mea* post *NAM* ob superius *qVAM mεa* addidit. Ut Pluygers. quoque vidit, geminato *re* ex *refiam* facile factum est *referam.* — **3.** B. ex Klotzii conj.: *inepto?" opto aliquod.* Ego ex mea (Em. p. 53): *i.?" Volo al.*; nam *volo* (non: will, sed: wünsche) et, quoniam sequitur „C. *velim*", aptius est, quam *opto*, et inter *o* et *ali* facile in M excidit.

Ep. 4. 2. B. ex Klotzii conj.: *evitandis iis consiliis* **, *qui*, ut exciderit *quae inita erant ab illis* simileve aliquid. Ego: *† e. i. c.*, *q.*; potest enim Caelius scripsisse aut *e. iis consiliariis*, *q.*, ut omissa sit nota *ar* syllabae, aut *eorum ev. consiliis*, *q.* (v. Em. p. 101). — **4,** ubi vulgo: *† Quum Pompeius* „*esse in Gallia*", *coactus est dicere Pompeius* (ego: *e. in G.* sine „ "), suspicor fuisse *Quum* (sc. *legio*) aut potius *Quae quum esset in G.*, ut *Pompeius* ex sqq. sit repetitum.

Ep. 5. 1, ubi B. ex Bengelii conj. *hoc modo rem moderari*, ego, ut Or., ex M: *h. † more moder.*; nam Caelius, opinor, potius scripsit *hoc modo mod.* (Em. p. 102).

Ep. 6. 2. Vulgo: *causa; denique inv. sit.* Ego: *c. † Denique i. s.* II. l., ubi explicatur, cur Caelio „exspectandum sit, quemadm . . causa", *denique* minime aptum esse iam L. vidit. Scripsit Caelius aut *c. Vide*, *ne qua i. s.* aut *c. Vide*, *ne i. s.*

Ep. 7. 1. Vulgo: *gessisti. Dum.* Ego: *g.*, *dum:* nam vulgata interpunctione non licet ex „*Quam* tu *cito* . . cupias" audire *cito te . . cupio* (sic Caelius certe scripsisset *eo citius*); audiendum potius erat: „*(ipse)* cito . . cupio". Mea ratione *ego quidem eo magis* aptissime cum *cruciabor* iungitur. — **2.** B. ex Hermanni conj.: *nondum rettuleram.* At Caelii temporibus *referre* nondum simpliciter fuit *nuntiare*, *narrare*, sed semper *renuntiare*: I, 9, 10 ego ex Or. conj. *perferebantur* (vulgo *ref.*), cf. § 20, II, 5, 1, al. et de *PER* et *RE* saepe confusis I, 2, 1, ubi B. ex L. conj. recte *permovere* (vulgo *rem.*), Att. II, 16, 4, Q. F. III, 1, 10, ubi M1 et c *perscripsit* pro *rescr.* Et tamen totum illud *n. rettuleram* post „Res a *novae* nullae s. acci-

derunt, nisi . . vis“ male abundaret. Ego igitur ex M: *n.* ** *† rettuleras.* Fuit, opinor: *n. res suas* (vel *n. dotem*) *rettulerat.*

Ep. 8 1. Vulgo: *si quod iniuriis suis esset.* Ego ex mea conj. (Em. p. 103): *si quid iniuria ipsius esset.* De vitio cf. etiam ann. ad XI, 1, 1 et de *ipsius* (= *suum ipsius*) XIII, 9, 1 et Emendd. meas Livianas (Liv. II, 6, 2, ubi ego scripsi: „ne se *ex ipsis* (vel *ab i*) ortum“. — **2,** ubi B. ex L. conj. Madvigio (ad Fin. p. 820) et olim (Em. p. 104) mihi probata: *nec quod non venderet quicquam reliquit,* ego nunc: *nec, q. n. v. cuipiam, r.,* ɔ: Servilius nihil non cuipiam (alicui) vendiderat, et multo quidem propius *quoipiam* ad *quoiquam* (sic M) accedit, quam sive *quicquam* sive *quidquam,* (p — q, i — u), cf. de confusione Madv. ad Fin. II, 117, Rh. ad Her. II, 12, ubi ego ex mea conj.: „causam non fuisse, cur *quisquam* (vulgo: *quispiam*) confingeret, Liv. I, 35, 3, ubi Madv. recte *quispiam.* — Infra, ubi vulgo: *immo si . . audisses? M.,* ego: *i., si . . audisses. M.*; nam *immo* non patitur interrogationem: auditur *magis id faceres* („admirareris amentiam“), cf. 9, 1 et locos Plautinos et Terentianos a Freundio laudatos et ann. ad 15, 1. — **5.** B. ex Man. conj.: *S. C. Auctoritates* (M: *auctoritas*); oportuit certe esse: *S. C., Auctoritates.* Ego (Em. p. 106): *S. C. AUCTORITATESQ.* — Infra, ubi B. ex Man. conj.: *eos adducere,* ego ex M: *† ses a.,* incertus, utrum *ses* sit ex *sexaginta* huc a praec. *CCC* transposito, omisso *Aginta* ante *Add.*, ortum an ex *eos* (cf. § 8) an, ut Hirschfelder. vult, (quod nunc mihi maxime probatur) ex. *s. f. s.* (ɔ: sine fraude sua), confusis, ut persaepe, F et E litteris. Sed, quoquo modo hic scriptum fuit, ego illud teneo, quod olim (Em. p. 35) suspicatus sum, post *CCC* deesse *LX.* — **8.** Vulgo: *obtinerent.* Ego: *obtin[er]ent*; cf. 6 *habent*, 7 *sunt*, 8 *fuerunt*, Madv. § 369, b. — Infra nunc vulgo soloece (v. Madv. Praef. ad Em. Liv. p. 8—9 et ad XXIII, 3, 3) ex M: *in provinciam c. i. fuerunt.* Si *fuerunt* sanum esset, scribendum certe fuit, ut vulgo ante Or., *provincia* (M 2 *causam* pro *causa*, 4 „ad rem *publica*“, 9, 1 „*causam* liberalis“, 2 „*causam* haec“), sed ex *FVerunt*, quod ipsum sic iteratum nonnihil offendit, faciendum est *IVerunt*; deinde, ut B. mecum (Em. p. 24) paullo post scripsit: *s. in provinciaS prof.*, sic ego hic quoque ex *provinciā* feci *provinciaS*, sequitur enim „cum i. in *provincias* mitti“, „in *provincias* mitti“, „in *provincias ire*“ (sc. cum imperio), „in eas *provincias* prof.“, „in *provincias* profecti“, „qui praetores fuissent neque in *provincias* profecti essent (= *ivissent*)“, „in provincias mitti“. — **9.** Vulgo: *dubitaturum. Quum . . pateretur.* „*Quid.* Ego: *d.; q . . . pat.;* „*quid*; praecedit enim *Illa* de *tribus* Pompeii *dictis* et sequitur *His vocibus.* — **10.** Ego ex M: *potuit supersedere; n., q. dare n*, dubitans, utrum Caelius scripserit: *potui . . dare; n.* (Pluygers) an *potuit supersederi* (edd. vett.) . . *dari* (sic ego et B. coniecimus); *n.* (cf. 6 et 7, ubi M ter *referrE*, 6 contra *existimarI*). *Potuit* pro *potui* post *imposuit* scribi facile potuit. — Infra vulgo: *hab., Sittianamque.* Ego: *habeamus. Sitt.*; nam *Sitt. . commendo* non cum *nunc . . . nec. est* iungendum est, sed novum quiddam separatim ad-

iungit, cf. 2, 2; 4, 5; 9, 3; 11, 4. — Deinde vulgo: *descripsi.* Recte Ern.: „Mire *descripsi* [habe beschrieben] in tali re“. Caelius scripsit, non, ut voluit Ern., *ad te scripsi*, sed *perscripsi*, cf. 1, 1 bis, 2; 4, 5; 5, 3; 10, 2; 16, 1 *id quid esset, perscripsisti.* De *de* pro *per* (p) post *redDEnt* scripto cf. 2, ubi M *de pecuniam* pro *pec.*

Ep. 9. 1. B.: *curionem non m. † obiurgatus ac r. se m.* Ego: *† c. n. m. o. ac r. se m.* In *prorsus curionem*, si modo *cur.* sanum est, inesse causam, cur Hirrus Curionem, qui tum et ipse „civem bonum luderet“ (4, 2; 8, 10), „non med. obiurgaverit“, necesse est. Equidem non negaverim Caelium in Curionis nomine iocari potuisse, usum Plautino (Aul. III, 6, 27) verbo *curionis* (= v. 26 *curiosi*), ɔ: *curis confecti*, quo significaret Curionem magnae Caesaris potentiae timore et ipsum „exspectasse“ (ɔ: cessasse in Galliis Caesari detrahendis) Hirrumque, ut ceterorum (maxime M. Marcelli, cf. 1, 2; 2, 2; 8, 4; 10, 3) „exspectationem corripuisset“, sic Curionis nimias „curas (ɔ: timorem cunctationemque) non m. obiurgasse“; sed vide, ne Caelius in eam similemve sententiam aliud verbum minus obscurum posuerit, librarius vero aberrando *Curionem* iteraverit (ut 10, 1, ubi M ob *Caesarem* — 9, 5 — pro *Cassii* habet *Caesaris.* Ad aliorum de „obiurgatus“ coniecturas hanc meam addidi: *obiurgat: ita* (= *adeo*), *notatus hac rep., se m.*: de *not. hac r.* cf. Val. Max. VIII, 5, 1, Cic. de Off. I, 71 „repulsarum . . *ignominiam* . et *infamiam*“; aberrari vero ab *at* ad *atus* facile potuit. — **2.** B. ex Or. conj.: *res reiecta est*; M om. *res.* Ego: *r. res e.*, v. Em. p. 109. — Infra, ubi vulgo *non expeditur successio* (sc. provinciarum, in quibus etiam tuae), Caelius sine dubio scripsit *expedietur*, sc. „*proximo anno*, in quem res integra *transferetur*“, quare „divino tibi relinquendum *fore*, q. p. obt.“; sequitur „*Hoc* (ɔ: successionem non expeditum iri) m. non d. est; quo tibi m. scripsi (5, 2), ut ad *hunc eventum* (ɔ: ut „s. *proximo* anno non expediretur) te parares“, cf. de eadem re 5. 2 „successionem *futuram* pr. G. c. non video . . *constituetur . . erit . . existet . . ludetur*“. Recte vero se habet *vocantur*, iam enim tum, a. 703, „G . . . vocabantur“, ɔ: a Pompeianis postulabatur, ut, quemadmodum in ceteras provincias, sic etiam in Gallias successor mitteretur.

Ep. 10. 3. Vulgo: *quod nolint.* Caelius, puto, ut „qui, quae *cupiunt*, . . *agunt*“, sic *q. nolunt* scripsit.

Ep. 11.. 2. Vulgo nunc ex Man. conj.: *Decrerant quidem* (M: *Deserant quidem*). Ego, quoniam *quidem* aptam sententiam nullam habet, scripsi *quidam*, cf. de iisdem sq. „*quosdam*, qui decernerent“: Caelius post *quidam* recte explicando addit *Domitii, Scipiones,* ɔ: ein D., ein S., non: die Domitier und die S. (qui enim decrerant, duo tantum senatores fuerunt: L. Dom. Ahenobarbus et P. Scipio, de quo cf. 9, 5), cf. 4, 2 „in ev. *iis* consiliariis, *qui* se int. in e. t.: *Laelios* et *Antonios* . . dico“. — Sequitur vulgo ex Crat. conj. *qui inique* (M: *quinique*) *transigi volebant*, quod quoniam de iisdem dici non potest, qui „confici *nolebant*“ (sc. rem, ɔ: supplicationes Ciceronis, vid. Man. et Sch.), ego scripsi: *qui *** neque t. v.* (Asc. 1 iam: *qui neque*; „transigi“

= infra „confici“): excidit scilicet ante *neque* prius membrum: *neque* . . ., quod apte supplendum aliis reliqui. — **3.** B. ex sua conj.: *in qua a. est. Incubuisse* (M: *in quam a. est inc.*). At „in qua a. est“, sive est „in qua *causa* o. *contentio* a. est“ (dicendum saltem fuit *vertitur*, *posita est* similеve aliquid) sive „in qua *contentione res p.* a. est“, post *coniecta est* (perf. absol. — Madv. Gr. § 335, b —, non perf. histor.) male abundat. Ego: *in qua* (sc. *causa*) *a.. i.*: sic etiam *decedat* recte ex „*adhuc* inc.“ (= incubuisse et etiam *nunc incumbere*) pendet; sin ex *inc.* solo penderet, scribendum fuit *decederet*. In M *est* aberrando ad *conj. est* additum est. — Infra, ubi B. ex M: *audeant* (conj. potent. — Madv. § 350, b —?), ego, ut vulgo: *audent*. Quam saepe *-et* et *-eat*, *-ent* et *-eant* in codicibus confundantur, notum est; hoc quidem loco librarius, ut solet, a *n* ad *au* (= *an*) aberrasse videtur, ut infra *quodad* pro *quoad*, 4 *aGROs ROGo* pro *aGAs RoGo*, 10, 4 *Occidere* pro *Acc.* ob praec. *pOssunt*, 12, 4 *soRORe* pro *soLERe*, 13, 1 *de cAusa* pro *decusA*. Quae omnino Mediceo in verborum exitu sit fides habenda, vel haec declarant: 9, 2 *teneres* (*tenueris*), 4 *habeat* (*habeas*), 10, 1 *esset timuisset* (*esses timuissem* post *referreT*), *veniat* (*venerat* aut *veniebat*), *renuntiasset* (*renuntiasse*), *referretur sciret reticuisset* (*referret scire, reticuisse*), ut 11, 3 *defendetur* post *exagitatur* pro *defendet*, sicut B. ex mea conj.), 4 *verterentur* (*vertentur*), 11, 1 *eripiantur* (*eripiebantur*), *negabANT* (*negabat* ob praec. *ANTur*, 2 *possit* (*posset*). Potuit tamen Caelius etiam, ut Klotz., epistolari stilo scribere *audebant*. — Paullo post, ubi vulgo: *provinciam*, ego: *provincias*; de duabus enim Caesaris provinciis („Galliis“ 5, 2; 8, 4; 9, 2) Caelius pluralem semper numerum ponit: 1, 2 *provinciarum Galliarum* (= 9, 5), 8, 9, de eadem re 13, 2 „qui neque exercitum neque *provincias* traderet“ (= 14, 2). 9, 5 si Caelius scripsit „Caesarem et *provinciam* tenere cum ex.“, est Germanorum: Provinz (non: seine Pr.) mit Heere behalten, sed ibi quoque sine dubio scribendum est *provincias* (seine Pr.). 10, 3 Pighius recte de provincia, quam Paullus ipse cuperet, explicavit, non, ut Man., de Caesaris provinciis; cf. 2 „nolle provinciam“ et Att. VI, 1, 7. — **4.** B. ex mea conj. (Em. p. 112): *fide esse, quos t. misi*, nisi quod ego ex Medicei „f. *eos* tibi *uisos*“ feci „f. *eos* esse, q. t. m.“, id quod tenui, quia post *eOS* multo facilius excidit *esse quOS* quam *sse qu* inter *e* et *os*.

Ep. 12. 2 Vulgo: *h. alienissimo mihi et pr. a. t. non aequissimo.* At, *alien.* si h. l. esset = *inimicissimo*, Caelius, ut Cicero eiusque aequales, scripsisset *a me* (Tac. H. II, 74 *A* ante *Vespasiano* excidisse potest, sed illa aetate dativi usus multis modis liberior fuit), sed est Germanorum fremd (Freund. lex. 2), quod item requireret *a me*, nam pro Caecina 24 *alienum* est ungünstig (Freund. 4), non fremd; ne Livius quidem videtur mihi (ut Quinctilianus et Seneca) I, 20, 3 *genti*, sed *gente*, nec XXIX, 29, 8 *regibus*, sed *a r.* scripsisse. Quare recte quidem L. *mihi* cum *non aequiss.* (quod respondet illi § 1: *mihi inim. homine*) iunxit, quum scriberet *al. mihique. pr.*, sed ego transponendi multo leniore remedio scripsi: *al. et mihi pr.*; de *alienus* per-

saepe sic absolute posito v. Freund. 2. — **3.** Ego, ut vulgo: *ulla lege*, audiri enim facillime potest *alia* (sc. quam „Scantinia“); excidere tamen potuit *alia* sive post *ulla* sive ante *u.* Pluygers pro *ulla* scripsit *alia*; at sic incertum esset, utrum audiretur *quadam* an, ut debebat, *ulla*. — Infra Vulgo: *curant*: at hic, ubi „comp . . *voluerunt* . . pot.“ simpliciter per „ins. hom . . *cur.*“ explicatur, praesente historico locus nullus est: ego post *RA* addito *RV* scripsi *curarunt*. — **4.** Vulgo: *Scis . . esse. Te.* Ego, ut iam Man.: *Scis* (= *Scisne*) . . *esse? Te*; cf. 14, 4; ad Att. IX, 11, 1 et VIII, 4, 3.

Ep. 13. 1. Vulgo: *melius sit.* Ego: *m. est* (cf. 14, 3, ubi ego et B. ex Or. conj. *spatii est* pro *s. sit*); coniunctivi causa fingi nulla potest: circumscribitur simpliciter id, quod „vitiis“ contrarium est, *melius* (*meliora*), det Bedre (Madv. § 362, a). — **2.** B. ex sua conj.: *rationem eius habendam* (M: *ut ratione e. habenda*). Ego ex mea: *r. esse e. h.* *Ut* ex *uc* natum est; excidit, ut 1 *de*, 2 *neque* et *aut resistat*, sic h. l. *Esse* ante *Eius*. Soloece Or. ex Vict. conj.: *ut ratio esset eius habenda*: Caelius scripsisset *haberetur*. — Infra vulgo: *quum cognoscam.* Ego ex mea conj. (Em. p. 45): *q. cognoro, scribam.* Latine dici non potest nisi sic: „Quum aliquid *cognovi*, *cognoram*, *cognoro*, scribo, scribebam, scribam“; scribere *cognosco*, *cognoscebam*, *cognoscam* ne scholarum quidem discipulis licet. Antiquissimo sermone quod futurum simplex, maxime forma illa in *so* desinens, exacti quoque vice fungebatur (cf. Enn. apud Cic. C. M. 1 *adiuero . . levasso*, de Legg. II, 21 *iussit*, 22 *clepsit rapsitve*, III, 6 *prohibessit*, *iudicassit*, *imperassit*, 9 *creassit*, *prohibessint*, *rogassint*, 10 *prohibessint*, *rogassint*, 11 *locassint*, Liv. XXII, 10, 4 et 6 *faxit*, 5 *rumpet*, *clepsit*, I, 26, 6 *si . . provocarit . . si vincent*, al.), hoc ad Caelii aetatem nihil pertinet, qui simplici futuro (ut IX, 7, 2 (scripturus fuit „quum *sciam*“. Omisso *ro* post *no* non mirum, si ex *scribam* (*sciam* cum notis quibusdam *r* et *b* litterarum, v. Em. p. 46) notis illis et *i* littera abiectis factum est *cognoscam*. De *quum cognoro, scribam* cf. etiam Att. I, 1, 2.

Ep. 14. 1. B. ex Gron. conj.: *auguratum ereptum*. Ego (Em. p. 114): *erepTVM auguraTVM*. — Infra B. ex sua conj.: *unumque modo me stud.* Ego ex M: † *unumque move st.*, quoniam mihi in Baiteri scriptura deesse certe videtur *fuisse*, quod ex *gavisos* audire vix licet, excidere autem ante *studios* facile potuit (*f* = *ſ*). *Unum* est Curionem, qui studio Antonii Caelium superavit, vid. Phil. II, 4. — Paullo post, ubi vulgo est *Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius r. f.*, ego post *adol.* addidi *adolescens*, quo non addito *ipse* male abundaret; nam *Cn. Dom.* alius est atque is, cuius supra mentio fit, Domitius (Cn. pater), non idem. De Cn. Domitio „adolescente“ cf. Phil. X, 13. — **2.** B. ex Or. conj.: *me annuam* (M *annum*) *pacem non videre.* Ego ex mea (Em. p. 126): *me Ad Annum p. n. v.* De *ad annum* (ad Aare, übers Jahr) adde ad locos a me laudatos T. D. I, 90 „ad (om) decem milia annorum gentem aliquam urbe nostra (sic ego Em. T. D. II p. 25 ex cod. Col. et 4 Oxonn. pro *urbē nostrā*) potituram“, ubi praecedit eandem in sententiam „haec *post* trecentos . .

annos eventura". — Infra vulgo: *erupit; neque . . reperio; quod . . . pert. Nam.* Ego: *erumpit* (sic ego cum cod. Sigon., nondum enim eruperat, sed proximo anno eruptura erat). *Neque . . rep. — quod . . pert. — ; nam*; per *nam* enim causa additur, cur Caelius, „quid consilii capiat, non reperiat". — Deinde B. ex altera mea conj. (Em. p. 120): *necessitudo est: causam* (M: *necessitudinem cum causam*). Potest quidem *cum* sive ex „*cum* hom." repetitum esse sive ex *causam* (*c̅a̅m̅*) natum, sed quî M ex *o est* fecit *inem*? Quare ego cum † sic, ut in M est, scripsi, quum alteram illam meam conj. *n. intercedit: causam* multo illi anteponerem (*oINtEr — INEm* vel *oin̄t — inē; cum* pro *cedit* aberrando ad *cum* scriptum). — Deinceps vulgo ex antiqua conj.: *c. illam, non hom. odi*, neque ego mutavi (nam potest M pro *non* (*n̄*) scripsisse *unde* (*ūn*), sed Caelius fortasse scripsit: *non item* (*n̄ idē*) *h. o.*, etsi sic solet dici: *c. i. odi, h. non item.* — **4.** Vulgo: *facere? de.* Ego: *f.: de*; explicatur enim „*ostenta f.*", non novum aliquid quaeritur. — Infra, ubi B. ex L. corr., per se ipsa quidem quum leni (addito *dVM* post *nAM*), tum apta (*dum* indem, dadurch daß, Madv. § 336, n. 2): *nam, dum sordes eluere vult, v. s . . aperit*, idem tamen mihi sic quoque dici posse visum est: *nam s.* (quidem) *e. v.*, (sed) *v. s . . ap.* Ceterum post *sordeS* sine dubio excidit *suaS*, cui in contrario membro *sibi* respondet; cf. de simillimis rebus Phil. I, 20 *sordes suas eluet*, Verr. V, 121 „maculas furtorum . . *tuorum* . . eluere". — Infra, ubi B. ex mea conj. (Em. p. 121): *vis diiudicabit* (M: *iud.*), ego: *vis iud.*, quoniam etiam Att. XV, 25 sine ulla varietate est „casus consilium n. itineris *iudicabit*".

Ep. 15. 1. Vulgo sine ulla sententia: „*Quid iam?*" *inquis. Gloriose omnia. Si.* Quod Sch. scripsit: *Q. tum* (Was dann)?, tritissimum illud quidem est, sed h. l. parum aptum. Ego: „*Quid? tam*", *inquis*, „*gl.* (ɔ: gloriabunde) *omnia* (sc. *dicis*, cf. Madv. § 479, c)?" *Immo, si.* Ciceronis (Caelii gloriam deridentis) non Caelii (respondentis), esse *gl. o.* clamat vel illud, quod Caelius respondet: „Si . . h. m. *gloriam* (Pralerei) . . . derideas". De „Si scias . . ., *tum* . . der." cf. Ter. Enn. II, 3, 64 „Immo ., si scias . ., *tum* magis id dicas", Cic. Lael. 25, al. De vitio cf. 16, 5, ubi M *tam* pro *iam*. Pro *omnia* L. scripsit *immo* (de quo cf. 17, 2 et 8, 2), ego post *omīa* addidi *immo*. — Deinde vulgo: *pertinet, derideas.* Ego: *p., non d.*; Caelius enim, ut Gron. vidit, hoc dixit, Ciceronem, si sciret, quam *sollicitus* esset, se *non derisurum*, qui enim sollicitus est, derideri nec debet nec solet. — Sequitur vulgo: *quae tibi exp.*, durissime de una illa re, quod „sollicitus" C. de Caesaris victoria erat. Sine dubio M, omisso ob pronuntiationem (*illut* pro *illud*, *aput* pro *apud*, cett.) *d* ante *t*, ex *quod* (paullo post „*quae* . . pert.") fecit *quae* (*que*). — Paullo post *Caesar* audiri ex multo superiore *Caesare* posse non negaverim, potuit tamen facile ante *Cum expulisset* excidere. — Deinceps nescio an pro *nisi si* scribendum sit aut cum Crat. *nisi* (cf. Att. X, 1, 2, ubi ego ex M2, RJ, Asc., Crat., L. *nisi*, B. ex M1 *nisi si*) aut *nisi se*. — **2.** Vulgo: *quodnam* (M: *quam*) *ob scelus* Ego: *quod ob s.* De *quod*, *quō*, *quā*

confusis iam saepius dixi. — Infra vulgo: *vellē quidem.* Fuitne *vellē equidem?* — Vulgo: *Psecade.* Fortasse rectius *ps.*, cf. Iuven. 6, 489 et v. Freund. lex.

Ep. 16. 2. Vulgo: *habeamus. Denique.* Ego: *habeamus — ; d.* ad significandum foedum illud Caelii anacoluthon omissae ob interiectum *quorum . . hab.* vel potius in sq. „te . . *ad eos* f. *accedere* . . nol." latentis apodosis; Caelius enim tres rationes affert, cur Cicero ad Pompeianos ire non debeat: 1) sui, filii, domus caritatem, 2) Caelii et Dolabellae respectum, 3) Pompeianorum fugam.

Ep. 17. 1. B. ex Klotzii conj.: *quod utinam aut A. Cl. in hac parte fuisset aut in ista parte C. Curio*, in qua offendit *parte* a Caelio, brevitatis amatore, sic sine ulla necessitate iteratum. Ego ex M: *q. u. † aut A. C. in ista p. C. C.*: quem nondum poenitet olim (Em. p. 129) coniecisse: *q. utiNaM Ne aut A. C. in. i. p. f.* (vel *q. u. aut A. C. in i. p. non f.*) *aut in hac C. C.* (cf. Madv. § 351, b, n. 1); eiusmodi enim sententia mihi negative quam affirmative aptius enuntiari videtur; contra sq. „in *hanc* p. causam" e Kl. conj. paullo aptius post illud „in *ista* (parte)" est, quam e mea post „in *hac*", in qua tamen ob additum *perditam* (ruchlose) necesse fuit scribere „in *hanc* c.", non simpliciter „in *eam*" (sc. *partem*). An Caelius scripsit: *q. u. aut A. C. in hac fuisset aut in i. parte C. C.*, ut aberratum sit ab *in* ad *in*, non, ut Kl. voluit, a *parte* ad *parte*? — **2.** B. ex sua conj.: *neque adhuc.* Ego: *nec † haec a.*, ex quo multo lenius est facere *nec hoc a.* quam *neque a.*, nisi malis, sicut ed. Med., delere *haec* (*hec*), ut ex *nec* natum. — Infra B. ex Or. conj.: *quod firmissimum habet.* Or. audit *Caesar*: at primum *id* ex *Caesarem* (1) repetere non licet: Caelius nomen posuisset aut potius per *hic* (cf. „*hanc* causam") demonstrasset; deinde „*proelium* f. *habet*" quid esse potest? Vix neque „proelio firmissimus erit" nec „de proelii eventu firmissimam spem habet" (aliud est Att. XIV, 14, 6 „*armis*, quae quam firma habeamus, ignoro"). Ego ex M: *q. f. † haec.*

Liber IX.

Ep. 2. 1. B., ut vulgo: *Attamen*, sive oblitus sive negligens, quae docuit Madvigius Op. Acad. I p. 491 (ad Sest. 115) et maxime ad Fin. II, 85 et III, 48. Baiterus ipse ex M persaepe (ut VII, 13, 1 et 26, 2) scripsit „*Ac* tamen, semel (Att. XVI, 11, 2) mecum contra M; cur igitur h. l. et XII, 14, 7 (ubi tamen M *ad t.*) et XVI, 8, 1 ex M retinuit *attamen*? Quid mirum, si vel in bonis codd. uno alterove loco *t* pro *c* est scriptum? quarum litterarum frequentissima inter se confusio nota omnibus est, ut in *cum* et *tum*, al. — **5.** Vulgo: *Sed haec.* Ego: *sed hoc*, ut de una re, sc. utrum „in Tusculano lateas tantisper, dum . . conf. sit", an „ad Baias venias".

Ep. 3. 1. Vulgo: *Quid . . . incidemus.* Ego: „*Q . . . i.*"; fingit enim Cicero Varronem roganti sibi, ut „videret . . victum esse", respondentem: „Quid refert (utrum ad Baias eamus necne)? tamen (etiamsi, ut

tu vis, ad B. non iverimus) in s. inc.“ Respondet Varroni Cicero cum ironia: „Valde . . vitup.“ Cf. 2, 2. Plerumque sic additur *inquis* vel *inquies*, sed non semper. — **2.** B. ex Benedicti conj. mihi quoque olim probata: *persequar te* (M *persequare*). Ego nunc: *persequar* (cf. 5, **1**, ubi M *sequatur* pro *sequar*, al.). De *persequar* (nachfolgen = *p. te*) cf. 5, 3 et Att. XV, 27, 1, ubi ego ex „v. c.“ Lambini, ɔ: Z: *Puteoleos persequitur* (sc. *me*), quoniam Sestium Ciceronem non *prosequi* (comitari), sed *persequi* (sequi) ea, quae sequuntur, satis declarant.

Ep. 4. Vulgo: *es, τῶν ἀδυνάτων*; M: *est, ἀ.* Ego: *es, ἀδύνατον*; nam primum *τῶν ἀ.* neque praecedenti „*necesse* esse“ neque sequenti „*δυνατὸν* est“, ut debebat, ex aequo respondet, deinde, id quod rem conficit, et Diodorus, cuius axioma Cicero h. l. iocose in Varronis adventum convertit, ipse teste Alexandro Aphrodis. (v. Vict.) dixit *δυνατόν* et *ἀδύνατον* (*οὐδὲ δυνατόν*), non „*τῶν ἀδυνάτων*“, et Cicero ipse Diodori verba Latine interpretans (de Fato 13 et 17): „Diodorus id s. *fieri posse* (ɔ: *δυνατὸν εἶναι*) dicit , . fieri necesse esse . . quidquid *non* sit *futurum*, id *negat fieri posse* (ɔ: *ἀδύνατον* vel *οὐδὲ δυνατόν φησι εἶναι*). M, ut infra *ἀδύνατον* aberrando ad superius *ἀδύνατον* pro *δύν.*, sic h. l. et *est* pro *es* ob sq. *est* et *ἀδυνάτων* ob praecedens *δυνάτων* scripsit.

Ep. 6. 3 ego quoque ex L. conj. scripseram *quum illud i. malum* (vulgo ex M: *quam i. i. m.*) et ex mea, ut nunc B. ex Klotzii, *interitū* pro *interitu*, sed idem, ut necesse est, sic distinxeram: „q. illud (ɔ: „vincere aut hos aut illos“) i. m. (sc. *esse*, quod ex sq. *esse* auditur), alt . . interitum“, nam *alt . . int.* per epexegesin ad *illud* additum est. — **4.** B. ex M: *duxerim, quod . . anteponenda, equidem.* Ut *semper* cum „*his temp.*“ parum conveniens omittam, quid in Baiteri distinctione sibi vult *equidem* post (*ego*) *duxerim* male supervacaneum? Ego: *† duxerim, quod . , antep. Equidem.* Scripsit Cicero *duxerim, tum quod* (vel, ut Vict., *duxi, tum q.*) . . *ant. Eq.* aut *duxerim, tum nunc maximum, q . . ant. Eq.* similevc aliquid. Cf. 14, 4 „*Quum* te *semper* dilexerim, *tum his* t. f. s. inc. sum“. De *nunc duco* ex *semper duxi*, audiendo cf. 16, 3 et ann. ad I, 9, 23, Madv. § 478, n. 1. „*Equidem* (Ich wenigstens) . . puto . . vivere“ (= Equidem eorum, quae tu consideras tractasque, et usum et delectationem omnibus istorum et actis et voluptatibus *antepono*) sic recte restringit illud „quorum . . . *antep.*“ De *erim* pro *i tum* cf. 5, ubi M *eandem*, ɔ: ut ego et B. ex Gebh. conj., *quandam* (ɔ: non legitimam), 7, 2 (M *sosmus*, ɔ: *scimus*, sexcenta alia. De *duxerim, tum* cf. Deiot. 12 „ad quem quum di . . omnia o. *congessissent, tum* tu . . maxima“ (sc. *congessisti*), al. Post *duxeriM* excidere *tum nunc maximuM* facile potuit. — **6.** Vulgo: *quae temporis huius* (cf. Att. XII, 40, 3) *sint.* Vide, ne Cicero scripserit *sunt*, etsi diversitas modorum defendi potest, quippe quum haec et sq. sententia non prorsus ex aequo positae sint. Deinde B., ut Or.: *quae † tua audiero.* Ego: q. * tua *† audiero*; mihi enim, ut editori Neap., persuasum est excidisse aliquid: ille post *tua* addidit *interesse*, ego iam olim conieceram ante *Tua* omissum esse *Te scire interesse* et (ut Sch.

quoque vidit), geminato *a*, transponendo ex *uidero* factum esse *audiero*; cf. de eadem re 1 „quod *putarem te scire oportere*“, de verbis II, 4, 1 „quod *eos scire* aut *nostra* aut *ipsorum interesset*“, XI, 20, 4, al., et Em. p. 6 (Q. F. II, 14, 3). Ut ego, sic nunc Kayser. apud B., sed sine *te*. Quod Or. coniecit: *q. tuta audiero*, Cicero quidem certe scripsisset *q. certa a.*

Ep. 7. 2. B. ex mea conj. (Em. p. 96): *Veliam: iam sciemus*, nisi quod ego, ut etiam nunc: *V., sed iam sc.* (M: *veliam sc.*). *Omnino* (fere = *quidem*, zwar), sicut *quidem*, poscit, ut ex contrario sequatur *sed (sed tamen, verum t.)*; v. lexx. et locos a me collectos, quibus adde IX, 8, 1, al.

Ep. 8. 1. B.: *os [eius] adol. Academiae* (om. *eius* ed. N.). At *eius* neque est unde nasci potuerit nec cur quisquam de suo addiderit. Quid apertius quam Ciceronem scripsisse *os huius* (ɔ: quae *nunc* floret) *ad* (ɔ: recentioris eiusdemque iuvenilioris eoque ipso impudentioris, vid. Man.) *Ac.* Cf. Or. III, 68 „*haec* recentior Academia“, de Legg. I, 39 „Ac. *hanc* . . recentem“ (Acad. I, 46); Liv. I, 56, 2 „nova *haec* (ɔ: quae hodie est) magnificentia“, alia multa (Madv. § 485, a). Quam saepe non solum *hi* et *ii (î)*, *his* et *iis*, sed etiam *hos* et *eos*, *huius (modi)* et *eius (modi)* inter se permutentur, notum est. — **2.** Vulgo: *et de nobis inter nos.* Ego: *et de n., i. n.*; sed, opinor, recte Vict.: *et* (sowohl) *de n. et i. n.*

Ep. 9. 1. Vulgo: *in ullam aliam incidere opinionem* (sc. *tuam*, = in u. a. suspicionem *tibi* venire, cf. VIII, 10, 2) *nisi in eam* (ɔ: talem), *in qua sc. tibi suadere videar.* Primum ego: *eam, qua*; dici enim potest: „*in* hac opinione (sententia) *sum*“ (Cluent. 142), „*in* h. o. *(tibi) videor* (= me-putas) *tibi suadere*“ non item, cf. VI, 14, 2 (ubi ego, ut B. ex Or. conj., *hac opinione discessi*), VIII, 4, 1; *IN* sive ex *eaM* natum est sive ex *IN eam* repetitum. Deinde ego ex M: *sc. † te tibi*, incertus, *te* utrum ex *scilicET* aut ex *TIbi* ortum sit an (ut Or. conj.) ex *it*, ɔ: *id*, factum. — **2.** Vulgo: *quod* (sc. „ut honeste effugere possit“) *infimo cuique contigit.* Ego: *contingit* (contīgit). ɔ: contingere solet. An vero non etiam tum id i. c. contingebat atque semper contingit?

Ep. 10. 1. Vulgo: *alter Aristarchus hos.* Ego: *a., A., hos*; nam. *Ar.* appositum est ad *alter* (qui Aristarchi partes agit (ein Aristarch). Cum Kaysero addere *ut* nihil opus est. — **2.** Vulgo: *quos apud Niciam, et.* Excidit, opinor, *Edisti* ante *Et.* — **3.** Vulgo: *restituas, ne.* Ego ex mea conj. (Em. p. 20): *r., ut*; necesse enim est „ut h. Bursa P.“ (qui iam superiore anno extremo a Caesare restitutus erat, cf. XII, 18, 2, Att. X, 4, 8) cum *tu restituas* iungi, non cum „praestabo i. nec committam“, nec vero licet cum Man. et Gronovio audire *tuo beneficio.*

Ep. 12. B. ex ant. conj.: *mun. m. volui lev.* Ego ex mea (Em. p. 53): *m. v. m. l.*; nam *VoLVI* facilius post *VLV̄* excidit quam ante *LeVI.*

Ep. 14. 2. B.: *nego — sum . . gloriae —; et tamen*: quasi vero hoc: „et t . . meae“ cum illo: neque v. nego (sc. te, quum „praest. te c. et s. c. praebueris“, „meis p. et consiliis obtemperasse“)“ per *et tamen* (und doch) tamquam contrarium quiddam copulandum sit, ac non cum hoc: „sum e . . gl.“ arte cohaereat. Scilicet *et* duas causas connectit, quas Cicero, cur „non v. negaret“, habebat: 1) „sum av. . . gl.“; 2) (*etiamsi* non essem „av . . gl.“) „tamen . . meae“. De *et tamen* (ob ellipsin = et praeterea) cf. ann. ad X, 1, 3, Madv. ad Fin. II, 84. Ego igitur sic: *nego*, *sum* (vel *n.; s.*) . . *gl. et t.* (vel *gl., et t.*). — **3.** Vulgo: *gratulor t., quum t. vales.* De *quum*, pro *quod* posito, mihi (sicut Baitero ad Att. XIV, 17, A) suspecto vid. ann. ad IV, 3, 4. — **3.** Vulgo: *de re gesta; tum n.* Ego: *de re g. tua: n.* Quid enim est *tum*? an L. Caesar *tum* denique dixit, nihil . . salutarius, *postquam* „de facto . . gesta“ multa dixit, ac non illa ipsa „multa“ de *gloria* et *utilitate* Dolabellae facti? Durius etiam esset h. l. *tua* audiendum relinquere; 4 („his *tuis* factis“), ubi facilius audiri potuit, Cicero ipse addidit *tuis.* L. Caesar primum et Ciceroni et Dolabellae gratulatus est, deinde multis verbis factum huius celebravit et laudavit, quorum summa illa fuit: „nihil . . sol.“ Quod et M et A (ɔ: M ad Att. XIV, 17, A), praesertim post *deinde*, ex *tVA* ante *N* fecerunt *tuM*, haud magis mirum est, quam quod uterque supra pro *iam* scripsit *tam*, 4 *locatus* pro *ioc. Tua* si Cicero non, ut mihi certum est, scripsit, certe *tū*, ut ex *ta* natum, delendum erat; nam ante *MVLta* addere *CVM*, ut *quum m* . ., *tum* sit *inter multa alia etiam hoc*, idem haberet vitii, quod *tum* sine *quum* positum.

Ep. 15. 3, ubi B ex mea conj.: *commorationis* (sic L.) *urbanae, ne ego quidem aliter accepi*, ego nunc cum Madvigio (ad Fin. p. 806 ed. II) ex M (nisi quod hic *urbanæ*): *moderationis*, *urbane* (sc. *dicis* vel *facis*), *neque e. a. a.* Cf. de *neque* Att. 1, 5, 5 „*Quod* scribis . . . op., video, quid dicas, *neque* id neglexi, *sed*, Fam. V, 15, 2 „Possumus, *nec* m. intelligo, q. i., *sed*,“ al. De *moderationis* cf. 16, 3 et 6.

Ep. 16. 2. B. ex M: *putem. Nam etsi . . communia, sed.* Ubi Cicero sic temere, interiecta sententia nulla inceptam orationem interrumpente (nam „non facile . . communia“ una sola sententia est bimembris), anacoluthia, et quidem anantapodoto (*etsi . ., sed* pro *e . ., tamen*) usus sit, frustra quaesiveris. Ego ex lenissima Crat. corr. pro *Nam etsi* post *puteM* cum Madvigio (Em. 1826 p. 194) scripsi *Tametsi.* Scilicet sic distingvendum; *putem; tametsi . . communia; sed.* Quod Cicero dixerat, *amari* se a Caesarianis illis putare, primum per „*tametsi* . . comm.“ restringit et ex aliqua parte corrigit (Madv. § 443), deinde confirmat restrictione illa quasi remota per additum hoc contrarium: „*sed* . . non sit“. Cf. de *tametsi (etsi, quamquam) . .; sed (verum, sed tamen, verum t.)* sic posito 4—5, II, 7, 4, XV, 17, 1, Verr. II, 76, de R. P. I, 7, sexcenta alia, in quibus nonnulla cum ellipsi, ut XVI, 23, 1 (= Att. XIV, 12, 1, XVI, 3, 3) et 22, 2, Att. XV, 13, 3 (XIV, 8, 2, ubi *quem quidem = etsi eum*), Virg. Aen. V, 195. — **5.** Vulgo: *invidia.* Ego: „inv.“, ut ex Attii versibus sumptum, cf. 6. —

5. Vulgo: *fac esse omnia.* Hoc quid tandem est? Man. vult esse: „Esto; ut *invideatur*, licet invidendi causa nulla sit“, Kielsen. interpretando addit *haec ita.* Audit igitur uterque *ita* (ut dicis), quum durissime, tum parum apte, requiritur enim responsio aliqua ad illud: „*quid* mihi nunc invideri *potest?*“ Ego igitur: *fac † e. o.*, suspicatus *esse*, ut haud raro, scriptum esse pro *posse* (sc. mihi invideri), sic enim „*quid* . . pot.?“ (= „*nihil* . . potest“) contrarium sibi recte habet „*omnia* posse“, cf. Phil. II, 5 *occideres? Fac potuisse* (sc. te occidere). — Infra, ubi vulgo est: *Reliquum est, ne quid . . dicam*, vide, ne (ut 9, 3) post *R. esT* exciderit *uT.* Recte h. l. non est *ut nihil* (Madv. § 373, Fam. VI, 9, 2, Att. VIII, 7, 1 *ut . . non*, Caes. B. G. V, 19 *ut neque*, al.), sed „ut *ne quid*“; nam. *R. e.* = R. e. *praeceptum* illud (*dicam* ſagen ſolle, non ſage), cf. Lael. 65 *addendum est, ut ne*, de Inv. II, 10, al.). Cicero tamen fortasse *ne* pro *ut ne* scripsisse potest, qui interdum post *ita*, *hactenus*, alia eiusmodi pro *ut ne* (Madv. § 456, n. 4) posuerit *ne*, vid. Em. p. 26. — **6.** Vulgo: *invidiam* et *tamquam . . frangi.* Ego: „*inv.*“ et „*t . . fr.*“; cf. ad 5. *Tamquam . . fr.* illa similitudo est, quam Attius ipse ad *invidiam* transferebat (ɔ: per metaphoram adhibebat, vid. Freund. lex.), Cicero vero non iam ad *invidiam*, sed ad *fortunam*, levem illam et imbecillam. Quare vellem supra illud [*modo*] totum delessem, ut sive ex *nō ad* sive ex *non* solo *(non = n̄, modo = m̊)* natum; *iam* est: „nunc, mutato ita meo in re p. statu, ut invideri mihi nihil possit. — **7.** Vulgo: *non eo sis consilio*: quonam coniunctivi genere? si vetantis esset, dicendum certe fuit: *eo c. ne fueris* (Madv. § 386; Em. p. 26), sed vetare ne aptum quidem esset. Ne potentialis quidem conj. (Madv. § 350, b) esse potest, qui secundae personae vix ullus invenitur: Cicero scripsisset *eris.* C. W. Müllerus voluit: „non eo sis, *censeo*, *animo*“; sed primum ex *censeoanimo (censeoaīo)* nasci *consilio* potuisse parum verisimile est; deinde Cicero saltem scripsisset „eo an. *ne* sis, c.“ aut „c., *ne* eo s. an.; denique *suadendi* notio in hunc locum non magis, quam vetandi, quadrat. Ego scripsi: *non est, quod eo s. c.* (cf. 8 „*Neque est, quod* . . ponas“). Scilicet illud „Tu *quod* m. b. c. eiures, *nihil est*“ accuratius explicatur his verbis: „tum enim . . *non est, quod* eo s. c., ut . . accipere“, ɔ: tum, quum rem augebas, erat, cur attentior esses; nunc, quum damnum istud aestimationis aequo animo feras, non est, cur ita (sc. de me hospitio accipiendo) cogites (id est enim „eo sis c.“), ut hospitium, quo me recipias, damnum tibi (tamquam aestimationem quandam) dare putes aegreque feras atque eam ob causam viles mihi coenas praebeas. Aberravit librarius ab *Est* ad *Eo*, ut paullo supra ab *illos* ad *illos* (aut ab *illos* ad *eos*, sic enim fortasse rectius Or. ex alio supplemento). — Infra vulgo: *etiam haec* (ɔ: „aest. al. accipere“) *levior.* Ego: *et tamen* (sc. etiamsi „esset, cur eo esses consilio, ut . . reciperes . . acciperes“; cf. Man. et 14, 2. *Etiam haec* esset = *h. quoque*; sed quaenam *aliae* praeter hanc plagae ab amico quam a debitore leviores sunt? Sin per *etiam* illud „haec . . deb.“ *totum* adiungeretur, sic certe scriptum esse oportuit: „levior etiam haec“. De facillima confusione cf. Att. V, 16, 3, ubi ego, ut nunc B., ex Malasp. conj. pro *et tamen (tamen = tam̄) quia* scripseram *etiam q.*, XIII, 2, 1, ubi ego: „iubebis; *etiam* Pi-

sonem, sicubi (sc. cum videbis), de auro (sc. appellabis)", IV, 18, 4, ubi ego, ut B., ex Acid. conj.: „Quid a. novi? *Etiam: abs.* (coll. I, 13, 6, II, 6, 2, IV, 7, 3, VII, 3, 12), V, 2, 2 (M *et tam* ɔ: etiam), Fam. XII, 16, 1 (M contra), Q. F. II, 9, 3, ubi B. mecum (ad T. D. IV, 7) post *multaE* scripsit *Etiam* pro *tamen*, Att. XI, 13, 4 (Z recte *tam*, M *tamen*), X, 1, 3 (M contra), Fam. X, 1, 3, ubi ego: „praeterquam . . debemus, *etiam* (vulgo *tamen*), Phil. II, 76, ubi ego malo ex Pall. „*Et tamen* (sc. etsi ipsius Narbone reditus tam turpis fuit) quaerebat" (Vat. *Etiam*, Teg. *Et tam*), sexcenta alia.

Ep. 19. 1, ubi B. ex Sch. conj.: *venit: neque*, ego: † *venisse neque*; potuit enim fortasse M (cf. Em. p. 15 de Att. XIII, 32, 3 et Obss. in Sest. p. 4) aberrando a *veNI* ad superius *ſVISSE* pro *veniT* scribere *veniSSE*, sed *neque*, etiamsi, ut ego feci, sic distinxeris: „venit — neque . . suam —; ego", vix aptum est: latet sine dubio in *sse* pars quaedam omissae alicuius sententiae, quacum per *neque* cohaeserit „hoc . . suam"; in codd. haud raro talis confusio est, qualis si h. l. pro *venit sed* (set) scriptum esset *venisset* aut *venisse*. Ciceronem igitur suspicor scripsisse: „*venit — sed* (an: *etsi*?) *neque id glorior* (vel simile aliquid) neque hoc . . suam —; ego".

Ep. 20. 2. Ego, ut vulgo: *Nos iam † ex artis tantum habemus.* Cicero sine dubio scripsit: *exquisitae artis*, aptissimo epitheto eius artis (coenas faciendi), cuius C. iam tantum habebat, ut non solum Verrium et Camillum, „*mundissimos* et *elegantissimos* homines", saepius invitare auderet, sed etiam Hirtio coenam dare, sine pavone tamen, in qua „cocus eius praeter ius fervens (18, 3 „ius Hirtianum") nihil non (Hirtianae artis) potuit imitari"; cf. enim Or. II, 175 *artis exquisitae,* Off. 1, 130 *munditia exq.*, in Pis. 67 de Pisonis epulis „nihil lautum, n. elegans, n. *exquisitum*", Plin. IX, 35, 58 *epulae exq.*, al. De vitio cf. X, 29, ubi M *ben* pro *benevolentia*, al. Quod Kielsen. ex Vict. conj. scripsit *et* (Klotz. *etiam*) *artis*, ut esset: „non solum sensum („Sandſen", den Sinn) lautarum epularum, sed *etiam* („ſogar") artem eas dandi", primum non novum aliquid adiungitur, sed explicatur illud *qui iam aliquid intelligat*, deinde obscurior ea ratio fuit, quam ut Cicero h. l. *et* pro *etiam* ponere posset, quod is quidem non facit, nisi ubi adiungendi vis facile apparet, ut Att. V, 10, 5, Fin. III, 27, Legg. I, 33, al.

Ep. 21. 1. Ego: „insanire" . . „imitere" . . „fulmina", ut quae sine dubio Trabeae poëtae fuerint; sequitur enim „illud a Trabea" (sc. *mutuari*, *sumere* simileve aliquid), quo id, quod Paetus dixerat, demonstratur. Trabea scilicet videtur versu aliquo dixisse insanire, qui Iovis fulmina imitaretur; hoc autem ad se tralato Paetus scripserat se insanire, quod verborum Ciceronis fulmina imitaretur. — **2.** Mire vulgo: *fuerunt sella curuli.* An vero *sella c.* qualitas ulla aut pars fuit eorum, qui in ea sedebant? Cf. Madv. § 272 cum n. 2 et § 287 n. 2. *Sella c. esse* si Latinum esset, cur Latinus nemo *equo bono*, *domo ampla esse* aut tale aliquid ita dixit, ut esset *equum bonum*, *domum a.* habere? Cicero scripsit *sederunt in s. c.*; M ob superius *fuerunt* pro *sed* facile potuit scribere *fu* (*ſ* = *f*) et *IN* post *NT* omittere. De *sedere in s. c.* (= magistratum cur. gerere), sicut (*in*, *pro tribunali*) sedere (= iudicem esse), cf. Att. IV, 10, 1, Liv. XXX, 19, 9, qui, ut recentiores alii, sine *in* dicere potuit: *qui sella curuli sedisset.* — Infra vulgo: *is dictator cum L. P. Cursore, magistro eq., f*, ɔ: is et Cursor dictatores facti sunt! Ego: *Cursore m. e. f.*, ɔ: mit C. als M. E. — Deinde vulgo: *Masones: quorum q. tu omnium patriciorum i.* Ego: *M. Quorum q. tu, o. p., i.*, ne *quorum* ad „Masones" solos aut „Cursorem et L. Masonem et multos Masones", sed etiam, ut debet, ad L. Pap. Mugillanum et XIII illos et L. Pap. Crassum referatur, atque ut *omn. patr.* appositum ad *Quorum* (= ut qui omnes patricii fuerint, esse intelligatur. *Patric.*, quod Kayser. deleri vult, necessarium est, cui ex contrario respondeat (3) *hi plebeii.* — **3.** Ut B. ex mea conj. post *condemnatuS* addidit *est*, sic inter *seditioſuſ* et *et* sine dubio excidit *fuit*; sine *fuit* audiretur, sed prave „existimatus est".

Ep. 22. 1. B. ex M: *Amo verecundiam vel potius libertatem loquendi*, quasi vero „*verec.* loq." ullo modo (vel, ut Man. vult, per iocum) alio nomine „*libertas* loq." possit appellari. Quid Cicero scripserit, clamant illa (5): „*Te* a. me *omnia audere* gratum est (ɔ: ista Stoicorum libertas loquendi, qua tu in proxima tua epistola, quod Piso Frugi tectius „penem" dixerat, suo nomine „mentulam" appellas — cf. 2 —, grata mihi est, quippe quae, quam familiares inter nos simus, indicet); *ego* vero servo . . Platonis *verecundiam*". Inceperat scilicet Cicero uno illo Paeti verbo lacessitus (vid. 5) epistolam suam ab eadem inter se et Paetum in eo genere diversitate, qua eam conclusit. Rectius igitur iam L. ex Rutilii conj.: *A. v., tu p. l. l.* Confundi *tu* et *vel* (de cuius compendiis vid. Freund. de cod. Erf. pro Mil. p. VIII) facillime potuerunt, praesertim ab eo, qui persaepe iam in his epistolis „*vel* potius" et legisset et scripsisset. Sin, ut ego puto, *vel* verum est, post *verecundIAM* excidit *tu impudentIAM*, cf. 4 „impudenter". Ego igitur: *A. v., † vel p. l. l.* Deinde, ubi B: *l.; atqui . . acuto, etsi . . est. Sed*, ego: *l. Atqui* (rectius, opinor, ed. N.: *Atque*, quo ad „tu p. l. l." id adiungitur, quo Cicero Paetum quasi excusat, placuisse Stoicis eandem libertatem) *hoc . . acuto; etsi . . est; sed;* nam *hoc*, quo libertas Paeti demonstratur, ipsum per solitam epexegesin explicatur sqq. verbis „suo . . appellare", repetito prius ob interiectum illud „etsi . . est" praedicato eius pronominis (*Zenoni placuit*) per anacoluthiam („sed, ut dico, *placet Stoicis*). De *etsi* — *sed* cf. ad 16, 2. — **2.** Vulgo: *At vero . . esse.* Ego: „At v . . esse"; fingit enim Cicero Paetum illi „Caudam *antiqui* „penem" vocabant" hoc opponentem: „At v. Piso (et ipse „antiquus" scriptor) . . esse", ɔ: „peni") obscoene dicit; respondet Cicero: „Quod . . usus es"; cf, quod est paullo infra: „Non", *inquis*, „non . . sensit", 3 „Graecis q.", *inquies.* — **2.** Vulgo: *Non, inquis; non e. i. sensit.* Ego, quoniam post *potuit obscoenius* (sc. *eloqui*)? audire *obscoene* (elocutus est), non, ut oportebat, *obscoenius* (eloqui potuit), durissimum esset, ego inter *Non* et *inquis* addidi *obscoene*: an potius excidit inter *inquis* et *non enim*? — **4.** Vulgo: *nimis. At honesti.* Ego: *n.: et h.*; ad *testes* enim adiungi debet alterum eiusdem generis exemplum, „colei", non ex contrario poni. — **5,** ubi vulgo: *h. igitur K. M.*, ego: *h. i. ***. K. M.*, ut exciderit *iis* (Stoicis) *praefari* (cf. 4) *nihil opus est*

vel *recte non praefantur* (sc. quum obscoene aliquid apertissimis verbis dicunt) simileve aliquid. *Igitur*, ɔ: quia non modo *verba*, ut „crepat“, „suppedit“, alia, sed etiam *rem* ipsam (crepitum, al.) liberam aiunt esse oportere.

Ep. 24. 1. B. ex sua conj.: *me unum* (M *meum*). Ego: † *meum*, incertus, unde *meum* natum sit, ex *me* (aberrari potuit ad *gratissimVM*) an ex *me unum* an ex *me omnium* an ex *me virum* (cf. Att. IX, 11, A, 3) an ex *mE hominĒ* (cf. XIII, 67, 1) an ex *me quam* (cf. I, 5, a, 1) an ex *meum animum* (Klotz.); equidem maxime volo: *me*, nihil enim praeterea necessario desideratur. — **3.** Vulgo: *Vides, ut . . coenas? Cura.* Ego: *V., ut . . coenas. C.* Interrogando Cicero dixisset: *Vidisne* vel *Viden*, ut 22, 3, al.

Ep. 26. 1. Vulgo: *Angar? excruciemne* (sic M2) *me?* Ego; *A.? excruciem me?*; sic enim M1 (*excruciemme*), nec memini, ubi *ne* sic alteri demum simplicis interrogationis membro annexum sit (de Att. XIV, 14, 1 suo loco dicam), aliud enim est in disiunctiva interrogatione (Madv. § 452) *ne* pro *an* poni. Quare, si quidquam in *ne* (M2) lateret, scribendum erat: *A. excruciemque me?*, nam *A. excruciemve me?* minus conveniret. — **2.** B. cum L. ex antiqua conj. (Exc. Vat.): *[a Laide]*, quod si Ciceronis ipsius est, certe scripsit: „*habeo*“, *i.* „*Laida, non h. a. L.*; cf. Clem. Alex. apud Man. de Aristippi dicto. — **3.** Vulgo: *irriseris? quum illi.* Ego: *irr.: quum i.*, quo apertius esset per *quum . . dixeris* explicari *irriseris*; sed, quoniam vel sic duri aliquid remanet, vide, ne Cicero, non vitato duorum quidem *quum*, sed quae non eandem vim haberent, concursu scripserit: *irr., quum, quum . . dixeris?*; recta enim oratione sine dubio scripsisset: „Tu etiam p. irrisisti, *quum* (indem, dadurch daß, Madv. § 358, n. 2) . . . dixisti.“, non illo modo: „Tu . . irrisisti: . . . dixisti“. An scriptum fuit: *irr., qui, quum* (recta or.: *irrisisti, qui . . dixeris*)? Cf. de *qui* ad *qui* relato VIII, 15, 1, ubi ego nunc ex M *qui tam nugax*, B. mecum (Em. p. 121) ex Ern. conj. *quum t. n.*, Phil. II, 80, Q. F. III, 9, 8, ubi ego: „*Quas* . . . obs., in *quibus* . . tenes, eas vero“, Fam. VI, 8, 3 (= II, 18, 3), T. D. IV, 17 „*qui* autem, *cui* (= quum — obgleich — ei) . . doleat, is i. p.“. — Infra vulgo: *at mehercule coena num quid ad te, ibi praesertim?* Post *meh.*, ut Sch. vidit, interrogationi locus nullus est, et tamen „c. num q. ad te?“ (= c. nihil ad te.), per *at* nullo modo, ne per iocum quidem (ut voluit Man.) illi: *Quid id* (*id*, quod ego et B. addidimus, ɔ: „unum coelum e. an. inn.“, contrarium *coena* poscit) *ad te?* (= Nihil id ad te.) opponi potuit, neque Cicero *ibi*, sed, ut 18, 4, *istic* scripsisset. Quare ego sic: *At m. c. non **, tibi pr.*, ut est in M, nisi quod in eo ex superioribus repetitum est *quid ad te* (ut 2 *et*, 3 *quid*), id quod hinc videtur expulisse *est negligenda* vel *est parvi* vel tale aliquid; sic enim et oppositio illa constat et *tibi* rectum est. — **4.** B. ex Crat. conj.: *non multi cibi hospitem a, sed multi ioci.* Potuit in M *sed* (*s;*) post *es* excidere; sed, ut vidit Ern., asyndeton („non m. c., m. i.“) recte se habet, si quidem *non multi* coniuncte est = *parvuli*. Omnino non rarum asyndeton illud post *non*, ut VIII, 8, 3 (*in tab. . . perscr.*), XV, 19, 3, ubi ego ex ant. corr.: *non quaesiit, q. b. c., o. b. coëmit*, M. geminando: *essET, ET o.*, unde Or. et B. fecerunt, quod vim multo minorem habet, *esset, sed o.* (Germani item: S. fragte nicht . .: er kaufte a. G. zusammen), IV, 13, 4, XVI, 12, 4 *noluit, reliquit*, Att. XI, 17, 1 „*nullo* i. d., summa (L. *d., sed s.*) c. mea“, pro Cluent. 39, ubi ego ex optt. codd. AB: *Non . . cogitarat, ex* (dett., ut vulgo: *c., sed ex*) . . *pervenerat*, Phil. III, 3 *non . effudit, in* (sic Vat.; dett. *eff., sed in*) . . *collocavit*, VII, 20 „*nec* solum . . curam: praestabo“ (= XII, 17), Fin. II, 93 „*nec tamen* miser esse . ., tantummodo l. videbatur“, ann. ad Q. F. III, 8, 6, de Livio ann. ad XXVI, 2, 10 (Em. m. Livian. p. 66).

Liber X.

Ep. 1. 3. Vulgo: *et, praeterquam quod rei p. c. debemus, tamen tuae dignitati i. favemus.* Rectissime Ern. in *tamen* haesit, cui post *praeterquam q.* locus plane nullus est; longe aliud enim est ob auditam aliquam concessivam sententiam *et tamen* esse Germanorum „und außerdem“. Ern. coniecit *tum* vel *tum etiam*, neutrum Tullianae aetatis. (Apud Gellium XV, 1 *tum* — ɔ: eo tempore — *vero* contrarium est praecedenti *semper alias*). Ego: *etiam*; de *praeter* (*praeterquam*) . . *etiam* (*quoque*) cf. Caes. B. C. III, 32 et 57, Liv. XXV, 23, 1, XXXV, 25, 11 (*et* ipse), Suet. Aug. 71, al.; apud Ciceronem etiam *praeterea* sic ponitur: Att. IX, 15, 5, Q. F. I, 1, 28, Fin. V, 61, Legg. III, 45. De vitio cf. ann. ad IX. 16, 7.

Ep. 3. 1. Vulgo: *tuam adiunxit, praeterea.* B. ex Ern. conj. supra: *exposuit et [praeterea] s.* Mire nemo vidit omnia sana esse, si sic distinxeris: „*exp. et pr. . . tuam; adi. pr.* De *et praeterea* cf. 25, 1, XIII, 31, 2, al.: sine *praet.* Cicero scripsisset „prud. et . . suav. mihi tuam exp.“; nunc postremum membrum, ut quod paullo longius esset, post „mihi exp.“ demum quasi appendicem quandam per *et praet.* laxius annexit. Ne sic quidem absoluta enumeratione, reliquum quod erat, aptissime additum est per *adi. praeterea* (= *a. etiam*, de quo cf. Em. p. 37). De *praeterea* sic bis posito cf. XIII, 31 *praeterea . . praeterea*, X, 3, 2 *constitutam . . const.*, 3 *arbitrarer . . arbitrabar*, 15, 3 *possem . . possem*, alia permulta; neque enim scriptor quisquam, ne Cicero quidem, semper variat; de Livio vid. Em. p. 7 ad I, 43, 3 (*facerent*).

Ep. 4. 4. B. ex Ern. conj.: *sum in exp., quid . . geratur [ut sciam].* Addendi quidem *ut sciam* causa nulla librario cuiquam fuit. Defendo equidem, quod in M. est, ita, ut sit: ich bin in Erwartung a. D., daß ich erfahren möge (= zu erfahren), was —. Scilicet per *ut sc., quid g.* explicatur *omnium r.*, dicitur enim Latine „exspectare, *ut*“; quod secundaria sententia (*q. g.*) ante primariam (*ut sc.*) posita est, Latinum prorsus est. Potest tamen fieri, ut Plancius scripserit: „rerum: quid . . ger., *fac* (vel *tu fac*, cf. 17, 1), ut sciam“. De *fac* nonnumquam in M. omisso alio loco dixi.

Ep. 5. 3. Quoniam *quod sentiam* in universum esset dictum (= *quidquid s.* vel *siquid s.*), Cicero autem de una sola sua sententia („Adhuc . . consecutus“) loquitur, de qua relativa sententia scribendum erat *quod sentio*, vide, ne is, ut solet, interrogativa scripserit: *quid s.*

Ep. 8. 3. Vulgo: *praefuerunt*, quasi Asinius Pollio ceterique non tum etiam, quum Plancius haec scripsit, finitimis provinciis praefuerint. Ego: *praefunt*. *Sunt* et *fuunt* (cum *er* syllabae nota) similitudine *ſ* et *f* litterarum confundi facile potuerunt; cf. 19, 1, ubi ego, ut Kielsen., ex Ern. conj. *gratae fuerunt*, ut de *unis* Planci litteris, quae senatui, quum ante eam epistolam scriptam recitarentur, gratae *fuissent*, cf. sq. „quae *erant* grav.“, 16, 1 („*essent* . . gratissimae . . *erant* grav.“ et „Nihil . . *gratius* . . a. *vidi* quam tuas, P., litteras“), 22, 1, XI, 15, 1, et de simili re X, 6, 1, al. multa; vulgo: *sunt*, quod prave esset *solent esse*. Ad tempus alliciendarum voluntatum eorum si Plancius „qui f. p. pr.“ referret, scripsisset *praeerant* (ut supra est *erant obligatae*); sed id parum aptum fuit.

Ep. 9. 2. Vulgo: *contra quod i. pugno —, et*. Ego: *c. q. i. p.: et*; nam prius *et* est Germanorum sowohl, non und. Ceterum usitatius erat „contra *quam*“; ego tamen non muto *quod*, praesertim apud Plancum.

Ep. 10. 1. Vulgo: *omnis fortuna rei p. disceptat*. Ego: *disceptatur*, ɔ: diiudicatur, decernitur, wird entschieden, cf. Freund. lex. I et Caes. B. C. II, 32 „incerta victoria . . *diiudicata* iam belli *fortuna*, Fam. VIII, 14, 4, Vell. II, 3 et de eadem re Fam. XII, 6, 2 „Res erat in extremum adducta *discrimen* (Entscheidung) = iam disceptabatur. Cicero dixit *disceptatur*, non *disceptabitur*, quod „proelium illud, quum Plancus epistolam legeret, iam *decretum* (entschieden) arbitraretur fore“. De *-ur* in M, sicut in aliis cdd., vel omisso vel addito cf. Em. p. 81—84; adde XII, 28, 2. Cicero si *disceptare* sic posuisset, ut esset *certare* (Fr. l. II), scripsisset certe „*de* omni f. r. p.“, ut IV, 14, 2, VI, 1, 5, Or. II, 183, al.

Ep. 11. 2. Vulgo: *n. a. receptum Antonium . . habere nisi in his partibus*. Ego: *in has partes* (nach diesen Gegenden); ut enim „in *locum* al. se recipere“, non *in loco*, necessario dicitur, sic „in *loco* al. receptus“ dicere non licet (cf. de „receptus *ad aliquem* lexx.). Confuso (ante *d*) *partiS* cum *partiB*. (ɔ: partibus), pro *has* (post *nISi*) scriptum esse *his* non mirum. De *-is* et *-ib*. confusis cf. II, 13, 2 (*superioribus* ɔ: superioris), 17, 7 (ubi ego ex *omnis est malevolus*, ut vulgo, malo facere *omnibus e. m.* — cf. lexx. de *benevolus*, *fidelis*, al. — quam, ut B., *in omnis e. b.*), Madv. Livii Vol. IV, P. 1, p. VI, Em. m. Livian. ad XXI, 62, 2 et XXVI, 51, 3.

Ep. 12. 2. Vulgo: *consuerat: at ego*. Vide, ne *at* ex *-at* fluxerit; neque enim apta h. l. videtur gravior illa transeundi particula *at*. — Infra vulgo: *idem Munatius*. *Idem* si est „i., quem supra *nostrum* dixi, non alius aliquis“, ineptum est; sin est „i., qui ad me venerat eique ego litteras tuas legendas dederam, supervacaneum mihi videtur. Scripsit, opinor, Cicero *item*, sc., ut ego ei litt. tuas ad me missas dederam. — **3.** Vulgo: *ad Cornutum praetorem urbanum*. Ego: *ad M. C. pr. u.*, sicut Phil. XIV, 37. Praenomen ob additum *pr. u.* necessarium est.

Ep. 15. 2. Vulgo: *transierunt*. Plancus sine dubio, ut *fuerant*, ita *transierant* scripsit, relatum ad *habebat*. — **3.** Vulgo: *a. d. V. Idus*. Ego: *a. d. † V. Idus*. Si enim Plancus „ponte uno die (ɔ: V. Id.) facto a. d. IIII. Id. Isaram ex. traduxit“, non potest idem iam a. d. V. Id. (ɔ: ante pontem factum) fratrem misisse, sed a. d. III. demum Id. (id quod mihi probabilius videtur) aut (ut L. voluit) pridie Id., et tamen, si *V.* verum

esset, scribendum fuit *miseram*. Ex *III*, omisso *I* ante *Idus*, fieri *V* facile potuit; de *II* (ɔ: prid.) et *V* in M. confusis (cf. 18, 4) post ad XIV, 4, 3 et ad Q. F. II, 4, 1 videro. Sin Cicero, quod non credo, h. l. scripsit *V.*, supra ex *IIII* faciendum est *VI* aut *VII*. — **4.** Durius illud asyndeton *sequatur*, *Italiam . . defendat*, ego sustuli addito *ut* post *ur*.

Ep. 16. 1. Vulgo: *assensi ad unum*. Excidit *omNES* post *asSENSI*. Sic antiquiores omnes, quod meminerim, prosae quidem orationis scriptores locuti sunt; paullo etiam durius subiectum huius sententiae ex *senatu* audiretur. Apud Virgilium V, 687 (*ad unum Troianos*) facilius auditur *omnes*.

Ep. 17. 3. Vulgo: *obside fide illius*. At Plancus antiquarum formarum non ita est amator, ut post *ide* ante *i* non liceat scribere *fidei*.

Ep. 19. 1. Vulgo: *dedere*. Ego: *dederunt*. Tam paucis locis Ciceronis codices illam formam habent, ut dubium vix sit, quin is, etsi in Or. 157 se dicit „reprehendere non audere *scripsere* consuetudinique (aliorum) auribus indulgenti obsequi“, tamen ipse semper *scripserunt* scripserit, ut quod „*verius* esse sentiret“. M, opinor, h. l. sive ob *dederunt* per compendium (v. Freund. Milon. p. VIII) scriptum sive ob sq. *complectERE* (ut 1 *etiaM gravitateM*, 18, 1 *LaterensiS multoS*, 20, 3 *taM grataM*, al.) pro *dEdErunt* scripsit *dEdErE*. Sallustius contra vulgari forma non utitur.

Ep. 21. 4. Vulgo: *conclamarint*. Ego ex *conclamarunt* (M), ut post *Accessit eo* (= Praeterea *accidit*) oportebat, praesertim si *quum* esset = quotiescunque jedesmal wenn, so oft als, non: als), feci *conclamarent*. De *eius* (ɔ: Lepidi), *q. Lepidus*, pronomine ad sq. *L.* relato hos locos (a Siesbyeo collectos): Att. V, 10, 1 (*iis*), Sall. Iug. 65, 2 (*in eos*), Nep. Att. 12, 5 (*eorum*), Liv. XXX, 3, 1 (*eam*), XXIII, 3, 6 (*eius*), XXVI, 32, 1 (*eius sententiae*), XXVII, 50, 1 (*inde*), Cic. pro Mur. 27, de Finn. III, 66, IV, 56, Cat. M. 85 et Liv. VII, 28, 10, XXIV, 23, 5, XXV, 8, 5 (*id*).

Ep. 23. 3. Valde miror Baiterum, qui IX, 16, 2, quum certissimo Madvigii (Op. Ac. I p. 380) praecepto pareret, non dubitarit scribere „ad benevolentiAm conciliandAm et colligendAm“ (M: *-Vm* et *-Vm*), eundem h. l. soloecum illud *ad* (sic L. pro *et*) *colligendVM se* tulisse. Ego hodie quoque mihi videor in Em. p. 35—36 recte scripsisse: „ut *et* spatium colligendI se“. In hac contrariorum duorum (*homines — ego*) inter se relatione necessarium duplex *et* est. De *spat. colligendI se* cf. Caes. B. G. I, 52, Ter. Andr. I, 2, 11, Hec. IV, 4, 62, Phorm. IV, 4, 21, al. De frequentissimo vitii genere (*VM* pro *I* ob *spatiVM*) cf. 5, ubi M *ad me* pro *ad eum* ob superius *ad me*, egoque saepius dixi.

Ep. 24. 1. B. iure ante *in tua observantia* posuit †; namque neque Latine sic dicitur „*in* re al. aliquem vincere“ nec „*tua* obs., ind., ass.“ pro *in* vel *erga te* aut certe *tui* positum durius non est. Lambinus scripsit *mea in te obs.*, quum audacius, tum abundantius; Plancus enim saltem *mea in te* non addidisset, quod per se ipsum auditur. Et potuit *intua* (ītua) aberrando ex praec. *uita* repeti, sed vel sic offendit me vehementer *obs.*, *ind.*, *ass.* iterum positum. Quid ergo? totum illud *in tua obs*, *i.*, *a.*

ex superioribus esse natum mihi videtur (ego: *[in tua . . ass.]*), neque enim Planco necesse fuit addere, quibus rebus esset omnes Ciceronis gratos amicos piosque propinquos victurus, id quod ex „malo . . probare“ facillime intelligitur. De eiusmodi confusionibus cf. II, 4, 1, ubi aberrando ad sq. *CERTiores* pro *TRITissimum* aut *CREBERRimum* scriptum est, ut vulgo editur, *CERTissimum,* X, 24, 4, ubi M aberrando ad § 5 pro *quod Caesarem* scripsit *quod ad C. attinet*, alia permulta. — **3.** Ego quoque: *† talis victoriae; talis* enim nihil habet, quo referatur, nec, ut Kielsenio videtur, licet audire „qualis, ut res nunc se hábent, esse poterit, ɔ: quae et magno detrimento sit constatura et tamen parum profutura“, atque ante *talis* de suo addere *vel* (ſogar). Quod Koch. coniecit, *fatalis*, coll. XV, 15, 2 et X, 8, 3, male cum eo consentit, quod Pl. dicit, „*non sine causa* magnam esse aviditatem hominum“: XV, 15, 2 (de alia re) „*fatali* illo proelio“, ut fere fit, addito „quasi quodam“ lenitur; X, 8, 3 („*funestam* o. t. vict.“) non, ut h. l., de Planci Brutique, ɔ: bonorum, victoria, sed de Antonii, ɔ: „parricidarum“, dictum est. Vidit Orellius exspectatam ab hominibus esse *celerem plenamque* victoriam (cf. 16, 2 „ut *ante* factum . . putarimus“, 13, 2; 14, 1 et 2; 19, 2; 20, 3): ad quam sententiam aptum adiectivum, quod cum *talis* confundi facile potuerit, quoniam vix ullum inveniri potest, Plancus sine dubio scripsit, ut est in marg. Crat., *taLIs* (ɔ: civilis, „taeterrimi periculosissimique“, cf. 19, 2; 14, 2) *belLI vict.*, aut etiam *talis* ex „eos *talis*“ (2) est repetitum, cf. ann. ad 1.

Ep. 25. 2. Vulgo: *video autem . . splendidiorem petitionem tuam, si . . confecta essent:* soloece, nam sine *video* Cicero dixisset: „Plancio consule splendidior petitio tua *erit*, si . . c. *erunt*“ (non: *esset — essent*), quod ex *video* suspensum Latine fit *fore — erunt* aut certe *fore — sint* (*fore*, quod audire licet — cf. VI, 4, 1, ubi B. post *diuturnum* addidit *futurum*, sed cf. 3, 2 „belli exitum“, ein Ende des Kr. = „non diut. bellum“, VIII, 14, 2 „me ad annum pacem non videre“, sc. *fore* —, si excidit, non, ut fecit L., post *tuum*, sed post splendidi*ORĒ* addendum est). Facile, praesertim post *haberes* (quod, quoniam *sine eo* est = si *is* consul non *esset*, recte se habet, cf. Madvig. § 347, c), ex *erunt* vel ex *sint*, fieri *es̄ent* potuit; sed facilius est ex *videOAVTem* facere *videBAM AVTem* itaque ego feci, cf. 3 *arbitraBAR . . noleBAM* (sc. quum haec scripsi).

Ep. 30. 1. Galba sine dubio scripsit *venisset*, non, ut vulgo est, *venit*: apte quidem *quum* h. l. = *tum*, quum (Madv. § 358) vix esse potest. De *-it* et *-īset* haud raro confusis cf. ad Sestian. p. 4 n. 1. — Infra (**4**) ego nunc scripsi: *delevit fugavit* (ɔ: *partim* d. *partim* f., cf. Phil. XIV, 37 et 27) *eodem die* (cf. de eadem re Phil. XIV, 25 „*Unius* a. *diei*“ et 28 „*uno die* pluribus locis“) *eodemque loco . . Gallorum: Ant.* In M ante *eodemque l.* excidit facillime *eodem die.* B., ut ego olim (Em. p. 32): *d. fugavitque eodem loco . . G.: A.*

Ep. 31. 2. Vulgo: *essem, plane pericula. Plane* cum *per. adii* si iungas, quidnam est? nam cum *non dubitanter* iungere prohibet ordo verborum, per quem ne cum *ne in e. essem* quidem facile connecti potest (debebat esse: *ne plane in e. e.*). Ego: *essem [plane], per.*: ut sexcentis aliis locis, M ad paullo superius *plane* aberrare potuit.

Ep. 32. 3. Ego ita distinxi, ut appareat *Illa* esse: *quod* 1) *ludis . . comm.*, 2) *gl. . . implora*, 3) *bestiis . . obiecit*, sicut § 2 *haec* est: 1) *ludis . . loci*, 2) *quattuorv. s. pr.*, 3) *comitia . . est*, 4) *exsules . . procos.* — **4.** Vulgo male: *Sed de illo p. corum; nunc, quod praestat, quid.* Ego: *praestat: quid*, ɔ: nunc *id dico*, quod pr. (= gravius est) dicere, quam de Balbo loqui: quid . . constituite. — **5.** *Me*, quod B. ex Or. conj. post *facturum* addidit, ego, ut opinor, aptius post *credere.*

Ep. 34. 1. B. ex Vict. conj.: *ab confluente [ab Rhodano] castra.* At *ab c.* flumine nullo nominato nimis indefinitum esset, nec facile *ab Rh.* interpretandi causa quisquam ascripsisset, sed potius *Rhodani* (v. lexx.). Ego: *ab c. † ab R.* Potest M repetito *ab* (ut XII, 30, 3 *ad*) pro *Rhodani* scripsisse *Rhodano*; mirum tamen, si Lepidus minorem fluvium non nominavit (cf. Caes. B. G. IV, 15, Tac. H. II, 40, al.), quare ego suspicor post *confluENTE* omisso *DurENTiE* (*Durentiae*, quem fluvium Sch. recte intelligit) pro *ac Rhodani* scriptum esse *ab Rhodano.* — Deinde valde mihi suspectum est „et *ultra* (sc. *Forum V.*) castra“, durissime adverbii loco *ultra* ante *castra* posito; aberravit, opinor, librarius ad sq. *ultra me castra.* — **3.** Vulgo: *perpetuo animo meo fixa m.* Ego ante *ANImo* inserui *IN*; cf. pro Balbo 64, alia multa. „Figere aliquid *aliqua re*“, ut sit = *in al. re*, poëtarum et recentiorum prosae orationis scriptorum est, non Tullianae aetatis; v. lexx. — **4.** B. ex L. conj.: *meam vitam, studium, diligentiam*: speciose quidem, sed vix vere; parum enim verisimile est ex *diligentiam* in M. factum esse *diligentissime*, quod autem Or. addi voluit, *summam* (diligentiāsum̄ā), id in *vitam* minime convenit. Ego, ut M: *m. v., st. diligentissime*, sed suspicatus ex *studiV̄* faciendum esse *studiAq.*, quod ad *vitam* aptissime adiungitur (mein Leben und meine Bestrebungen). *Diligentissime* quidem cum *perspecta* iungi cur non possit, equidem non video. Ante *d* facillime excidit *q.* (que). — Quod B. ex Kleynii conj. uncis inclusit *quae L. digna sunt*, sq. „*paria* aut eo ampliora“ necessario requirit, quod sibi respondeat, nec vero illud „q. L. d. sunt“ aut interpolatorem aut interpretem redolet, sed necesse est scribi *sint*, ɔ: si m. v. studiaque *talia*, q. L. d. *sint* (als ſolche, die —), persp. h.“; rectissime *Lepido* cum emphasi pro *me* positum („ein Lep.“, vid. Man. et cf. XI, 3, 1 *Bruto et Cassio* et 3 *Antonio*) ac *digna* ex contrario ad *me indigna* relatum est.

Liber XI.

Ep. 1. 1. B. ex M: *his in re p.* Ego: *† his in re p.*, incertus, utrum *illis* (il̄is) Brutus scripserit an *ipsis* (ip̄is) an *suis* (partesuis) an (ut L) *sibi* (sibin). *His* de Antonianis, ut in obliqua oratione post *demonstrabat*, apertissime falsum est, neque per contrarium illud *nostrae* licet cum edd. vett. scribere *iis.* Cum *illis* cf. de iisdem 6 *illos*, quod pronomen de adversariis tritissimum est; de *ipsis* (= *sibi ipsis*) ad VIII, 8, 1 dixi, cf. XIII, 9, 1.

Ep. 3. 3. Vulgo: *ut iis imperet, quorum opera liber est.* Videtur

mihi ante *liber* excidisse *ipse* (iṗe): „non solum alii, sed etiam ipse“. Illud non dubito, quin Brutus infra, ut Cicero eiusque aequales, scripserit *fortasse ea: fortassis* est Plauti, Horatii, Plinii. Ex *fortassea* librarius sive sua sponte sive ad sq. *agIS* aberrando (cf. 2, 1, ubi M: *SIMVS n. disSIMVS* pro *s. n. disSIMILES*, 3, 1, ubi M: *DoDeamus* pro *doLeamus*, cf. ad 5, 1) potest fecisse *fortassIS*. Cf. ann, ad Q. F. II, 2, 1.

Ep. 5. 1. Vulgo: *optabam.* M: *ortabam*, super *m* scripto *r*, ɔ: in archetypo fuit *optabam* super *b* scripto *r*, Ciceroque scripsit *optaram* (sc. antequam „ex Pansa cognovi“), cf. 28, 1 „quam speraram atque *optaram*, . . cognovi“, Em. p. 27—29. Pro *OPt.* aberrando ad *hORtatione* in M scriptum est *ORt.*

Ep. 6. 1. B: *convenit, tua m. m. exposuit et l. reddidit*, contra constantem tria iungendi regulam. Ego: *c.: tua*; sed potuit facile excidere vel *q.* post *tua* (ed. N.) vel *et* post *convenit* (1) *conv.* et 2, a) . . *exp.* et b) *redd.*). — 2. Vulgo prave: *aut, etiam si.* Ego; *a. e., si*; de *aut etiam* (oder auch) v. Freund. lex. *aut*, 7).

Ep. 7. 2. Vulgo: *meminisse volam*, quasi Cicero non tum, quum haec scribebat, id voluerit, sed postea demum futurum fuerit, ut vellet. Ego: *m. † volam*, quum mallem ex *volā* facere *volo* (cf. ad XVI, 27, 2) quam cum ed. N. *velim* aut cum ed. Mentel. *volumus.*

Ep. 10. 1. Vulgo: *perverSI SInt.* Fuit, opinor, *p. sunt*: coniunctivo vix opus est.

Ep. 11. 2. Vulgo: *quae i. opus erunt administrari*, quod quam Latine dicatur; videre Man. iure iubet: dicendum certe fuit *administratu* (cf. Cic. Inv. I, 28, Ter. Heaut. V, 1, 68); simile equidem nihil inveni nisi Ter. Andr. II, 1, 37 „quae nil opus sunt sciri“, ubi ex *opus est* (opuST) facillime potuit fieri *o. sunt* (o. S̄T), quare Brutus mihi videtur scripsisse *erit*, non *erūt.* Conferri tamen potest poëtarum ac recentiorum scriptorum illud *legi dignus* (Madv. § 412, n. 3). — Deinde B. ex Man. conj.: *hoc te consolabere.* Addere *te* si necesse esset, facilius in M. post *cons.* excidere potuit; sed fortasse Brutus aut audivit *id* (ɔ: „si non potueris mal. h. occurrere“) — cf. Freund. lex. *cons.* 2) — aut *consolandi verbo* reflexive usus est, sicut Asinius Pollio et Q. Metellus (cf. Varronis apud Nonium *consolaret*). — Vulgo; *ex castris, finibus St.*, quasi potuerit Brutus pro *in fin.* dicere *fin.* Excidit praepositio, non vero *in*, sed *ex* (cf. X, 23, 7 *Cularone, ex finibus All.* et 34, 4) aut *a* (cf. X, 35, 2, XII, 13, 4).

Ep. 13. a. 2. Vulgo: *itinera m. m. fugiens quam ego sequens.* Ego: *† itinera*, non tam ob inusitatum prorsus illud *itinera . . fugiens* (cf. Madv. § 223, c, n. 3) — cur Brutus non, ut omnes, diceret *itineribus maioribus f.?* —, quam quia *ego sequens* nihil habet, unde pendeat; oportuit enim certe esse: *q. e. sequebar*: nunc ex *fugiens* grammatica iubet audire *fugiebam!* Potuit Brutus scribere: *i. m. m. fuga faciens, q. e. s.*) (sc. *faciebam*), sed quum aptior, tum veri similior antiqua illa conj. est excidisse *fecit*, potius tamen post *antecessIT* quam post *itinera.*

Ep. 14. 3. Fuitne non *renatum*, sed *renovatum*, sicut XII, 8, 1 et 30, 2, IV, 7, 3, al.? Livii quidem et Taciti est *renasci bellum.* —

Infra vulgo: *liberatum; retexunt* (vel *l. R.*). Quid apertius quam aliquid desiderari, quod ad „die t. n. vict. nuntiata“ respondeat? Duo dett. codd. ante *novi* addiderunt *hi*, ego (ut Or. II) *Nunc* ante *Novi.*

Ep. 16. 1. Vulgo: *q. a. m., coram qui.* Ego: *q. a. m. c., qui*; nam *coram*, si cum *ad nos i. adeunt* iunxeris, plane abundabit. Respondent inter se *coram mol. sunt* et *epistolae offendunt*, sicut *intemp.* et *non loco.* — 2. Vulgo: *a Gabinio.* Fuitne *ab A. G.*, ut de eadem re XII, 29, 1? Excidere *ba* ante *ga* facillime potuit.

Ep. 20. 3. B.: *occ., primum . . facias, d . . nobis; de nummis l. . . pec.: sen.* Ego: *o.: pr . . f.; d . . n ; de n., l . . pec. sen.* Explicatur illud *quibus . . occ.* his *primum . . . constit.* Absolute positum est *de nummis* (= quod ad nummos attinet), sicut *de praemiis* et 2 *de tuo periculo.* Vulgata distinctio „lente ac r. h. pec.“ prave cum audito *censeas* iungit, a „sen. de ea re const.“ seiungit, quasi senatus non de agris quoque constituturus esset; mea vero totum illud „lente . . const.“ ex *censeas* (= dicas) suspendit; de „censeo senatum *constituturum*“ (fere = c. s. *constituere* = c., *ut* senatus *constituat* = c. senatui esse *constituendum*) cf. Phil. III, 37—39: „censeo, 1) uti . . dent . ., 2) . . senatum existimare . ., 3) senatum . . arbitrari, 4) senatui . . *fore* . ., 5) senatui placere . .“, et de „Vos, P. C., *constituetis* (= „Vos . . *constituitote*“) Madv. § 384, n.

Ep. 21. 5. Vulgo: *si quid erit occultius et, ut scribis, reconditum.* Excidit (ut 3 *facerE* post *mE*) *magIS* post *scribIS*, scripserat enim ipse Brutus (20, 4): „si quid *reconditum magis* erit“, neque Cicero interpretando *occultum* posuit, sed *occultius.*

Ep. 24. 2. Vulgo: *nihil sit antiquius.* Post *NIHIL* non auditur, sed excidit *TIBI*; Cicero enim, sicut alii, semper aut „Aliquid *mihi* est antiquius (antiquissimum)“, ut 29, 1, Att. VII, 3, 2, XII, 5, 4, X, 8, 4, Divin. II, 18, aut: „A. antiquius *habeo (existimo)*“.

Ep. 27. 3. B. ex pravissima Or. conj.: *Etenim initio b.*: dicendum certe fuit *nam in. b.* aut *in. enim b*; nam *etenim* (καὶ γάρ) numquam est Germanorum nämlich. Ego ex M: *Et* (sowohl) *in. b.*: frequentissimo anacoluthiae genere (Madv. Fin. p. 801 sqq.) sequitur alterum enumerationis membrum „Secutum illud tempus est . . iudic.?“, tertium „Veni . . metu?“, quartum „Tandem . . . impulisti“, quintum „Post Caesaris . . effeceras“. Si quidquam mutandum esset, delendum potius *eT* fuit, quasi ex *sunT* ortum. — **6.** Vulgo: *Quapropter redeo n. ad querelam. Ego te.* Ego: *Q. — r. n. ad q. — ego te.* Quia „omnia Ciceronem delectabant . . litterae“, propterea non „redibat n. ad q.“, sed „Matium suffr. . . crediderat . . fecisse“. Parenthesin persaepe sic proprio nullo verbo indicari notissimum est, cf. X, 24, 6, al.

Ep. 29. 2. B.: *sensi; et . . memini; et*, quasi prius *et* sit und. Ego: *s.: et* (sowohl) . . *memini et*; nam explicatur „*semper . . sensi*“ per *et . . habemus*, cuius explicationis tertia pars est „*grav. . . putabo*, quare ego: *hab.; gr.* (vulgo: *h. Gr.*).

Liber XII.

Ep. 5. 2. Vulgo: *Parmam, totam Galliam.* Ego: *Parmam t. G.*, nam *totam G.* a „praeter B., R. L., Parmam“ (ɔ: t. G. excepta B., R. L., Parma) divellere non licet.

Ep. 7. 1. Vulgo: *a tribuno.* Ego: *ab. t.*, quoniam in M est *ad t.* *(d = b).*

Ep. 13. 3. Vulgo: *r., magna contumacia c., tamen*, ut *m. c.* sit abl. abs. (velut Cat. M. 15 *vel infirmis corporibus tamen*), qui quoniam h. l. durior mihi videtur, vide, ne inter *remiguM* et *Magna* exciderit *IN*, sicut XI, 26, 1; cf. III, 11, 4, Liv. I, 17, 3 aliosque permultos locos, ubi Germani: trotz, ungeachtet. — **4.** Vulgo: *a Crommyuacride*; M: *acromamyacride*, unde ego componendorum verborum lege feci *a Crommyoacride*; cf. *CrommyOnesos.*

Ep. 14. 3. B. ex Vict. conj.: *Nec meae ullae privatim iniuriae umquam; m.* Ego: *Nec moverunt me meae u. p. i. u.: m.*; in M enim est *Nec me meae* ascripto in margine alia, ut videtur, manu *moverunt* post *iniuriae*, quod quum soleat a Cicerone, Livio, aliis in initio sententiae poni, tum ante *MeME* omitti facillime potuit; *mov.* (sc. ut de eorum amentia scriberem) *me* necessario additum est, cui responderet „ferenda m. non fuit“. Ceterum „meae . . umquam“ durius illud quidem, sed non sine exemplis est = „u. i. mihi *privatim u.* a Rhodiis *factae*“; cf. Madv. § 244 b, n. 6 et (ed. I) 301 c., n. 2, Att. IV, 17 „*per quinquennium* o. *potestas* rei frumentariae *toto orbe terrarum* Pompeio daretur“, Caes. B. G. VII, 1, ‚indictis *conciliis remotis locis*“ (= VI, 3), Sall. C. 49 „*privatim* egr. *liberalitate*, *publice* m. *muneribus*“, alia multa. — **4.** Vulgo: *dum* (bis) . . *venit.* Lentulus sine dubio, ut in duplici oratione obliqua (*petas . . dent negotium)* scripsit *veniat*, cf. superius *dum i. venirent.* Paullo autem post recte se habet *dum* (während) *i. veniunt* (= venient, cf. Madv. § 339, n. 2. b.), *C. eum opprimet.* — **7.** Vulgo: *Attamen.* M: *ad tamen*; ego: *Ac tamen*, cf. ad IX, 2, 1.

Ep. 15. 2. Vulgo: *Rhodum reverti.* Ego: *R. deverti.* Lentulus e Macedonia „ad suum officium (ɔ: in Asiam, cf. 14, 1) revertens“ (§ 1), quum per insulas in *Asiam* navigaret“, *Rhodum* non „revertit“, sed *devertit.* Nec mirum, si M, praesertim post „Revertentem“ et „*R*hodum“ pro *D* scripsit *R*, ut 13, 3 contra *decedendo* pro *rec.*, al. — **4.** B. *Haec sive . . sive impotentia* (sic Asc.) . . *gerentes nullo . . parte neque*, ut in *haec* audiatur *Rhodii* (universi) *fecerunt* et „nullo ex. . . *voluerunt*“ referatur ad *paucorum* tantum. Ego: † *Haec . . potentia* (sic Egnatius recte, cf. 14, 3 „iidem . . potestate“; M ob superius *patientiam* scripsit *patientia*) . . *parte* * *neque*, suspicatus post *parTe* excidisse sive *lacessiTi* sive *provocati* (nam *nostra ex p.* per se nihil est nec audire participium illud licet) ac fortasse plura; neque improbo Or. conj. *Hic* (ɔ: *Nunc*, quod apte superiori „ante nostrum adventum“ opponeretur) et ipse nescio an „et nunc m. m. gerentes“ marginalis quaedam annotatio sit, ex 14, 3 („et nunc a. mag. gerunt“) facta, ut *et antea* sit = *etiam a.* (cf. 14, 3 *et nunc*); „nullo . . vol.“ de universis Rhodiis esse scriptum testari vide-

tur sq. „ipsi magistratus“. Madvigii coniecturam (in Adv.) audaciorem ipsi defendendam relinquo. — **6.** Vulgo: *studium, diligentiam.* Excidit fortasse *que* ante *uob.* — **7.** Vulgo: *detrimento; itaque centum circ.* Mirum sane „repulsum semper cum *magno* suo detrimento Dolabellam *centum* tantum amisisse“. Ego: „d. † itaque c. (sic M, non *centum*) c.“: fuit, opinor, *d.: ita DC* (margo Crat.: *d.; itaque DC*) *circiter*; scilicet M ex *d* fecit *q.* (que).

Ep. 17. 2. Si *quidquid . . profectum sit* est de iis, quae *iam tum* a Cicerone scripta erant, post *puto* (*primam praesentis* personam) scribendum est *profectumst* (praecedit indicativo modo *probabis*); sin generaliter etiam de futuro tempore positum est, ferri coniunctivus (fut. ex.) potest, etsi vel sic post *probabis* rectius erat *p. erit.*

Ep. 18. 1. Vide, ne scribendum sit *denuntiatum est*; nam *quum* aptius est = *quotiescunque* (so oft als), quam = *postquam* (nachdem): iterativo quidem coniunctivo (Madv. § 359) Cicero non videtur esse usus.

Ep. 19. 3. Fortasse ante *Melius* excidit *TV*, cui contrarium est sq. *mihi q.*

Ep. 30. 7. Vulgo: *ademisse; honore . . comp., eosque ex s. c. si*, quasi ii, quos Cicero cogendos, ut decederent, existimabat, iidem fuerint, qui „honore . . comp.“ Ego: *ad. — hon . . comp. —, eosque, ex s. c. si;* sic *eos . . existimo* per *que* recte adiungitur ad illud (de iisdem) „illud n. n. *probo*, . . adem.“; *ex s. c.* (= s. c. *sponte* parentes), cui contrarium est *cogendos*, non cum *cog.* esse iungendum, sed cum *si non dec.* facile intelligitur; ut sexcenties alia, sic h. l. *ex s. c.*, in quo vis inest sententiae, *si* coniunctioni praepositum est.

Liber XIII.

Ep. 1. 4. Vulgo: *vitam rationemque*; quasi vero *vitam* eius „deridere Ciceroni licuerit“, „quicum ei *omnia* essent, nisi quod in *philosophia* v. ab eo dissentiret“. Licebat totam eius *philosophiam*, ɔ: „*viam* (Methode) rationemque (System), quam in philosophia sequebatur“, deridere. De *via ratioque* v. lexx. Haud raro *via* et *vita* confundi non mirum.

Ep. 4. 2. Vulgo ex Vict. conj.: *def. sunt; quum enim*, nec ego mutavi; potest tamen fieri, ut non *eniM* post *quuM* exciderit, sed *qui* ante *quum*, ɔ: „a *me* . . d. sunt, *qui*, quum . ., . . persuasi“.

Ep. 5. 1. Ego, ut ipse B solitus est, ante *CICERO* addidi *M.*, cui respondet *Q.*; cf. ep. 4 et 6.

Ep. 6. a. 3. Vulgo: *quiddam perfectum.* Requiritur *proficiendi* (ausrichten) notio, non *perficiendi* (vollführen); ego igitur: *prof.*; cf. Em. p. 84, III, 10, 11, ubi ego ex M: *profectum*, vulgo: *perf.*, Att. VII, 13, 1. De confusis sexcenties *pro* et *per* vocularum notis cf. 8, 3, ubi M *pro me* pro *per me.* — **4.** Vulgo: *et ab hum. et potestate.* Ego: *et ab h. et a pot.*; v. Madv. § 470. In M, ut fit, *a* saepissime excidit. — Infra Or. II et B recte ex Madv. conj. et distinctione: *vellem expertus essem, sed t. s. Ipsum*, nisi quod illi ex *essessed* (M) sine causa (cf. V, 20, 5, XIII, 1, 1, Att. II, 2, 2, IV, 16, 5, ubi ego ex M2, aliis *egisse*, VII, 1, 2, ubi ego ex

M *audisse*, IX, 8, 2 et 12, 4, X, 4, 10, XI, 6, 2, XII, 26, 2, XIV, 18, 4, Verr. IV, 43, al.) fecerunt *essem*, *sed*, non, ut Madv., leniore correctione *esse*, *sed*. Ceterum de *quae* . . *suspicor* cf. Lael. 10 „Ego si . . mentiar", ubi ut per interiectum illud *quam* . . *certe* divellitur *mentiar* a *si negem*, sic h. l. per *vellem* . . *sed tamen* distrahitur *suspicor* a *quae* . . *valeant*. Si *sed t. susp.*, ut omnes ante Madv. correctionem ridicule fecerunt, cum sqq. esset iungendum, soloecum esset „*quae* . . *valeant* ex *exp. esses* suspensum (Madv. § 383).

Ep. 7. 2. Vulgo: *mun. max. on. pressum*, *s.* Ego: *m.*, *m. o. pr.*, *s.* Appositum ad *mun.* est *m. o. pr.* (in quo inest causa, cur „m. s. affectum fuerit diff."), non praedicatum. — **5.** Vulgo male: *id mihi des: quod erit h.*; ut enim omittam longioris protaseos („quum . . conj.") iusto breviorem esse apodosin (*id m. des*), minime licuit per *id* nude sic positum simpliciter illud demonstrare, quod Cicero multo supra (2) se a Cluvio contendere scripserat, ut causam Caesari integram conservaret. Potuit scribere: „*id* m. d , *quod a te peto*: quod e. h.": nunc per breviloquentiam quandam haud infrequentem id, quod sibi dari volebat, tali periphrasi correlativa („quod e. h., ut . . impetraremus") exposuit, in qua eâdem aptissima, qua Cluvius maxime moveretur, inesset magnitudinis „beneficii" significatio. Ego igitur: *des*, *quod*.

Ep. 9. 2. B.: *quae societas ordine*, *ipso h. genere pars est m. civitatis; constat e. ex c. soc.*, *et casu*, quasi primum *i. h. gen.* sit apposita ad *ord.* explicatio (Cicero certe scripsisset: *o.*, *id est*, *i. h. g.* aut, ut Crat., *o. ipso et h. g.*), deinde *et casu* . . *societate* altera sit causa, cur illa societas maxima pars fuerit civitatis. Ego, ex Ern. conj. uncis incluso *ordine*, sic: *q. s. [ordine,] i. h. g. p. e. m. c. — constat . . s. —*, *et casu*. Afferuntur duae causae, cur Cicero in primis amicus sit B. societati: una, quod maxima pars sit civ., ut quae ex c. s. constet (v. Sch. de *maxima*), altera, quod casu permulti in ea sint ipsi familiarissimi in primisque Rupilius. *Ordine* si idem est quod *genere*, plane abundat nec apte alia significatione positum est atque superiora *ordini* et *ordinis*; sin, ut volebat Man., idem est, quod supra (ɔ: *equestri* ordine omnium publicanorum), scribendum certe fuit: „*et* ord. *et* i. h. g.", sed, cuius ordinis B. societas esset, satis iam significatum erat, nec omnino *ordine* sic dictum in hanc sententiam conveniret. *Ord.* sine dubio non interpretantis interpolantisve est, sed sive ad *ordini* sive ad *ordinis* aberrantis. De reliquo, ego quoque in *pars* nonnihil haereo (v. Ern. et Sch.): Sch. haud inscite coniecit *prorsus*; ex *prosus* (sic M ep. 13, ut fere *rusus* pro *rursus*) omisso *us* ante *es* fieri *pars* facile potuit.

Ep. 12. 1. B. ex sua conj. (eademque mea, sed dubia, Em. p. 69): *ut ad illam hanc addam.* Ego nunc ex M: *ut ad h. a.*, quod mihi sic defendi posse videtur: Fufidium separatim *diligentius* Cicero commendabat, ut ad eam eius commendationem, quae in communi illa legatorum inerat, aliqui ex *maiore* hac *diligentia* accederet cumulus; potuit Cicero brevius dicere: „non ut illam c. (ɔ: illius c. diligentiam) deminuam, sed ut *hanc* (ɔ: huius dil.) *augeam* (cf. Caes. B. C. II, 31); optime etiam inter se contraria respondent „de illa c. d." et „ad h. addam"; ex priore membro facillime auditur commune obiectum *aliquid*. Deinde, si quidquam mutandum esset, facilius, puto, erat *ad* delere, ut ex *ADdam* petitum (cf. ad 15, 1), quam *illam* (quod ex „de *illa*" audire licebat) addere; cf. 10, 4 de simili re: „nihilo infirmius *illud hoc addito*".

Ep. 15. 1. B. ex antiqua conj.: *hic ille est [de illis]*, *max.* Sed unde *de i.* nasci potuit? Interpolandi quidem ita causa nulla fuit; quinam enim „*illi*" fuerunt? Interpretando, ut fecit Kielsen., addere *multis* minime licet. Ego: *de tuis*; cf. 16, 3, ubi Cicero P. Crassum quoque Caesari commendat, ut „qui . . *de tuis* unus esset", et de eodem Procilio 15, 1 „tui necessarii". Ex *tuis* aberrando ad *ille* M fecit *illis*, ut 9, 1 *commENdare* ex *commOdare* post *commENdatione* (cf. 13), 14, 1 *TitioNE* ex *Titio* ante *StraboNE*, 29, 5 *POTVissem* ex *PFTIVissem* post *POTVi*, 19, 2, al.

Ep. 17. 1. B.: *qua si opus.* Ego: *qua*, *si o.*; *quo* enim non ex *opus f.* pendet, in quo auditur *uti* (ut 23, 2 „te eum *iuvare*"), sed ex *usus* solo.

Ep. 19. 2. B. ex ed. N.: *omnia a te studio summo curaque peto*; sed Cicero sine dubio scripsisset, ut IV, 3, 3: *summo st. c. p.* (cf. 68, 3); etsi cf. Div. I, 111 *cura omni studioque*. Ego ex M: *o. a te † studia summo cura p.* Olim, quum Orellio crederem in M esse *summa*, eam lectionem defendebam coll. XV, 7 „maiora . . *studia*, quam erant *a* muliere *postulanda*, I, 6, 2 et 9, 4, II, 6, 3, sed, ut etiam nunc, malebam: *summo studio*, *summa cura* (cf. 29, 5 „ut maiore cura, maiore studio nullam rem — sc. *petere* — possim", 66, 1, al.) aut *s. st*, *summaque c.* (cf. 28, 2 „*summum* off. *summaque obs.*", al.) aut *s. st. et s. c.* (cf. 27, 2, al.). Scilicet, transposito *summo*, et post *omnIA* scribi *studIA* et post *summo* omitti *summa* vel *summaq.* vel *et summa* facile potuit.

Ep. 21. 1. Vulgo: *Avianus*. Ego: *Avianius*; cur enim, ut Man. ad § 2 ait, liberti nomen a patroni discreparet? liberto autem nomen fuisse *Avianio* constat, sic enim M et § 2 et 27, 2 hunc appellat et VII, 23, 2 et XIII, 2 alium eiusdem Aemilii libertum; cf. 35, 1 de C. *Avianio* Philoxeno, C. *Avianii* (sic M bis et ter 75 et bis 79) Flacci liberto. Acad. quoque II, 80 non dubito quin scribendum sit *C. AvianIum*.

Ep. 24. 2. Vulgo: *gratias ago*, *quum*. Ego malim: *g. a.*, *quod*; cf. ann. ad IV, 3, 4. — Infra vulgo: *dep.; deinde*. Ego: *d.*, *d.*; nam *primum* . . *deinde* nota illa laxiore connexione (de qua v. Madv. ad Fin. et X, 24, 6 *Sed* . . *possunt* et XV, 14, 4 *sed*, *si* . . . *adv. tuus*.) inter *tamen* et *credas* . . *laudabat*, cuius contrarium est „etsi . . scribit esse", interiectum est.

Ep. 26. 2. Vulgo: *in Achaia*, *ex eo*, *q.* Ego: *in A. ex eo*, *q.*; pendet enim *ex eo* a *sunt*, non ex *negotia*.

Ep. 27. 2. Vulgo: *Aviani*. Ego: *Avianii*; cf. ad 21. M geminando: *AvianIANI* ɔ: *Avianî*.

Ep. 28. a. 1. B. ex mea conj. (Em. p. 98): *quae mihi omnia grata sunt*, *de L. M. gratissimum* (vulgo ex M: *gr.*, *sed de*). Erravi tamen in eo, quod certe dicendum fuisse *de L. autem M.* dixi; cf. enim de *sed* (et *verum*) sic posito 74, 1 et 2, Att. V, 21, 6, Plaut. Capt. III, 1, 2,

Suet. Cal. 16 et 20, et hos a Siesbyeo meo collectos locos: Fam. I, 9, 10, XV, 13, 1, Verr. IV, 113 et 118, pro Caec. 40, p. Mil. 21 et 34, p. Deiot. 26 et 40, Finn. I, 25, Off. II, 58 (ubi ego ex cod. Paris. a Krarupio collato et edd. vett. *fuit*, *quod* pro *f.*, *qui*), Sall. Iug. 15, 4, Liv. II, 7, 4; quare nunc dubito an Cicero h. l. scripserit: *gr. sunt*, *sed de* (= „q. omnia *quidem* m. gr. sunt, *sed* id, quod de L. M. fecisti, gr.). — **3.** B. ex sua conj.: *scripsi*, *video in* coll. 2 „ex ipso M. te *video* m. c. vol.“; sed illic Cicero recte: *video* sc. ex iis, quae ipse de Mescinii virtute, cett. subiicit: „est . . vivimus“, hic vero non prorsus idem iterum dici, sed aliud quiddam testimonio est „in meQVE *recipio*, quod Tulliano usu ad synonymum aliquid annexum fuisse necesse est. Scilicet „quod supra scr.“ non ad *in m. r.* referendum est, sed ad *illud* (ɔ: „te ea, quae . . . fecisse“), quo plenius idem dicitur, quod § 2: „ex ipso M. te v. c. vol.“ Ego igitur, ut iam Vict.: *scr.*, *id* (sic M) ** *in*. Quid exciderit, incertum est: utrum *promitto* (cf. 10, 3; 27, 3, V, 8, 5, III, 10, 1) an *polliceor* (X, 21, 1, Att. XIII, 1, 2) an *confirmo* (VI, 12, 3, XIII, 41, 2) an *spondeo* (17, 3; 50, 2). Excidit, opinor, etiam *tibi*. De *illud* — *id* cf. 57, 2, VII, 26, 2, XV, 14, 4, T. D. I, 78, III, 71 (cf. 18 „*ab eo* — etsi . . sit — *ab eo*“ et V, 119), Phil. II, 30, Madv. ad Fin. V, 22.

Ep. 28. b. 2. Vulgo: *iudicare*. Ut § 1 recte est *novissem*, . *dubitavi* . . *essent*, sic h. l. non potest verum esse „*existimes* . . arbitrari . . *praesis* . . iudicare . . *nosses* . . esse“; neque enim in *nosses* licet audire „antequam in Achaiam profectus es“; debebat esse *noveris*, quod priori *praesis* responderet (cf. 1 *sint*) aut extra obliquam orationem *nosti*, quorum neutrum quoniam ex *nosses* facere licet, ego ex *iudicare* feci *iudicasse* (saepius dixi de *-Re* pro *-S̄e* scripto, h. quidem l. post *dubitARE*, *debeRE*, *egeRE*, *arbitrARi*). Ut § 1 est *arbitror* . . *dubitavi* (sc. quum haec *scripsi*), potuit Cicero scribere: „noverim . . *dubito* . . sint“, sic h. l. post *arbitrari* aptissimum est *iudicasse*, sc. tum, quum „Philippo *respondi* comm . . egere (= te tua sponte amicum L. esse)“. — Infra vulgo: *ea facies* . ., *quae* . . *postulat*, *ut iis*. Cicero, puto, scripsit *postulabit (bit, uit, tul)*, *iis*; cf. 26, 3; 22, 3; 14; 7, 5; 6, 3; 31 (= 67, 2; 70); 32, 2 (*patietur*, ut 37; 53, 1; 54; 61; 69, 2). Scilicet eiusmodi sententiae restrictivae ab iis, quae restringuntur, tempore divelli non solent; cf. ad V, 4, 2. Alius generis est ep. 58, ubi causale illud (non restrictivum) *ut* . . *postulat* cum *servabis ed. tuum* tam laxe connexum est, ut non modo tempore, sed etiam parentheseos signo distrahi ab eo possit; cf. 58.

Ep. 29. 5. Vulgo: *nullam possim*. Ego, quoniam ex sq. sententia obiectiva, quae ex *peto* „pendet, „ut hanc *rem* (ɔ: negotium, Sache, Angelegenheit) suscipias“, audire *rem* (Ding) non licet, scripsi: *n.* * *p.*: excidit *reM* post *nullaM* et fortasse *Petere* (quod tamen audiri potest, cf. 39, XII, 24, 3) ante *Possim* aut *Petere reM* inter *M* et *P*; cf. simillimus locus, 8, 3 „rogo . . ita, ut maiore studio . . *rogare nihil* possim. Ex L. conj. scribere *non* (ut 24, 3) aut ex Ern. *nihil* vix quisquam hodie ausit. Omisit M in hac ipsa ep. § 3 *quuM* post *praesertiM* et 7 *sse* aut fortasse *sse me* (cui in altero membro ex aequo responderet „*me* fecisse“) post *feci*.

Ep. 36. 2. B. ex ant. supplemento: *magno sibi orn.* Incertum, utrum post *magno* M *sibi* omiserit (cf. 34, 35, al.) an ante *m.* (cf. 38, 39, 46, 49, 61, 77, 2) an post *meam* (cf. 30, 2, 52).

Ep. 40. Vulgo: *valuit, quod scio multas pl. valuisse*, *h.* Ego: *v.* — *q. s.*, *m. p. v.* —, *h.* Potuit Cicero dicere: „quod (ɔ: ut apud te *valerent*“) scio m. fecisse“: nunc per epexegesin illam frequentissimam, de qua cf. Madv. ad Fin. II, 12, ad *quod* (ad „apud te val.“ relatum) explicatius apposuit „m. *plurimum* val.“; cf. VIII, 14, 2 „*quod* non dubito, *quin* . . pert.“, XIII, 18, 2 „*quod* m. v., *tibi g. agere*, nunc“, Att. IV, 15, 10 „*quod* . . iudicare, *nos* . . *esse*, ann. ad Q. F. III, 1, 7.

Ep. 44. Vulgo: *vehementer te rogo.* Quoniam posterior huius ep. et ep. 74 pars eiusdem plane exempli est (scilicet eodem *die* scriptae sunt), vide, ne Cicero, ut in 74 et plerumque, scripserit: *te v. r.* Cf. ann. ad XVI, 16, 18.

Ep. 45. Vulgo: *rem meam.* Ego: *meam rem*, ordine verborum, ut in gravissima Egnatii et Ciceronis inter se oppositione, prorsus necessario; cf. de simillima re 44 „ut si *mea res* esset“, 43, 2 „ac si *mea negotia* essent“, 23, 2 „ut si *meus libertus* esset“, al. — Deinde vulgo: *officia magna et mutua nostra inter nos esse.* Non mutavi, sed tamen nondum me poenitet conj. meae (Em. p. 120) *multa*; nam aut *et mutua* aut *nostra* (quod Sch. ex audaciore Ern. conj. delevit) prorsus abundat. Potuit dici: „m. et mutua inter nos esse“, cf. 50, 1; V, 1, 1 (= XII, 17, 3), XIII, 4, 4. Cum mea conj. cf. 43 de eodem Egnatio „off. *plurimis* maximisque mihi c. est“, 47 „off. et *multa* et magna“, 55, 2 (= 50, 1), 77, 1, XI, 22, 1. De *multus* et *mutuus* confusis cf. X, 4, 3, ubi M *multo* pro *mutuo*, V, 12, 6, ubi M *multasque actiones* pro *mutationesque*, al. De ordine verborum minus solito *magna et multa* (pro *multa et m.*) cf. XII, 1, 1.

Ep. 48. Mire neminem offendit: „ea te instituere, quae sequantur alii; *quae* . . consequere“; quid enim est „*consecuturum* aliquem *ea*, quae in provincia administranda *instituat* aliis sequenda“? Ego: *alii*, *quod* (ɔ: ut „ea instituas, q. s. a.“). Aberratum est ad praecedens *quae*.

Ep. 51. Vulgo: *eq. R.*, *o. r. ornatum.* Ego: *eq. R. o. r. o.*; nam *o. r. o.* simpliciter est attributum voc. *equitem R.* (cf. 14, 1, 77. 2) et *meum perfam.* appositum non ad *eq. R.*, sed, ut hoc, ad *P. Mess.*, quod ni ita esset, dicendum fuit *mihique p.* Aliter res se habet 38, ubi ad *eq. R.* appositum est „*adolescens* o. r. ornatus.“

Ep. 52. Quoniam ex *meus* audire *mihi* paullo durius est, vide, ne ante *magno* exciderit *mihi* (quod L. ante *coniunctus* addidit), cf. 26, 1, 29, 1, 32, 2, 49, al.

Ep. 55. 2. Vulgo: *ipsum grat. hominem atque o. virum quam.* Ego: *i.*, *gr.* . . *virum*, *q.*, ut *gr.* . . *v.* appositum sit ad *ipsum*, non *ipsum* ad *gr* . . *v.* adiectum; cf. 29, 7; 30, 1.

Ep. 57. 2. Vulgo: *illum ipsum* . . *negotium*, quod quam absurdum

esset, olim (Em. p. 104) demonstrasse mihi videor. Ego: *i. suum n.* Ex *sVum* post *IPsIus* et *Illum* esse *IPsum* factum non magis mirum est, quam 55, 2 *pluriSSImisque* post *coniunctiSSIma* ex *plurimisque*, sexcenta alia aberrandi peccata.

Ep. 59. B.: *apud te, hoc.* Ego, ut vulgo: *a. te:͵hoc.* Cicero si „ut quam fac . . . te" a *rogo*, ac non a *peto* suspendisset, non scripsisset „a te *peto*", sed aliud quiddam ad „*quid* (= *quidnam*) decernas" magis aptum: nunc per zeugma quoddam *a te peto*, unde infra rite pendet „ut . . habeat", in priore membro ita positum est, quasi esset = *tibi iniungo* (*dec.*, urtheilen ſollſt); cf. *miror*, alia multa verba, in quibus per se ipsis quaerendi dubitandive notio nulla inest, interrogative sic posita.

Ep. 60. 1. Vulgo: *illum; nam . . possum. Sed.* Ego: *i. — nam . . p. —; sed.* Respondent inter se *omnino* (= quidem) et *sed*; „nam . . possum" (= *officiosiorem* dico, nam *benev.* e. non p.) parenthesis est. Deinde ego nunc *bonam*, quod B. ex Klotzii conj. uncis inclusit, totum delevi: *BoNAM* pro *BeNevolentiAM* scripto librarius se ipse correxit, v. Em. p. 60, n. 1 (VIII, 16, 1 *VICTA VICToriA*) et III, 8, 2 (M *sollicitudine significatione*), V, 21, 1 (M *communia omnia*, Att. XIII, 34 (M *apene absente*), ann. ad XIII, 70. Olim (Em. p. 36) probabatur mihi Lambini conj. *bonam* ante *fidem* transponentis; sed *b.* vel sic abundare docent 69, 1; I, 5a, 1, XV, 4, 5, al.

Ep. 63. 1. Vulgo: *sed tamen, ut.* Ego: *† sed t., ut.* Scio equidem sexcenties, ut bis 64, 1, *ut* esse *ita* (*sic*), *ut*; sed tamen h. l. post *sed tamen* ea ellipsis ferenda non est. eScripsit Cicero aut, ut L., *ita tamen, ut* aut, ut me magis probante B ngel., *sic t., ut* (cf. Em. p. 6 ad Q. F. III, 1, 14). Non mirum, si post „*sed tamen* in M. L." scriptum est *sed* (SeT) *t.* sive inter *S* et *Tamen* pro *iTa t.* sive pro *Sic t.* De *ita t.* cf. 56, 1, alia multa (33, 1 *ita prorsus, ut . . fam.* sc. *utar*); de *sic t.* cf. 13 „est fam., *sic prorsus, ut* . . obs.", al.

Ep. 64. 1. Vulgo: *gratius. Sed.* Ego: *gr.: sed*: respondent inter se illud „m. f. ex *ipso* capies" et hoc „m. *mihi* q. gr. fec.", cf. § 2 extr., ubi ego olim, ut nunc B. ex Or. conj. scripsit, conieceram: *posueris, et mihi gr. f.*, coll. 77, 2 (*ipsumQVE* = 22, 2 „ex *ipsiusQVE* pr . . capt." et 51 „*mihiQVE* gr. fec." et, sed sine copula, 28, 7 *ipsum*, ep. 3 *ipsum praeterea*), sed ipse me represseram defenderamque, ut et nunc facio, *sed* (ɔ: sed non solum *ipsi*, sed *mihi etiam*), coll. 31, 2 de simillima re „Id *mihi* s. gratum erit . . possit; *sed praeterea* . . ex *Flavii* . . capturum", ann. ad 26, 1.

Ep. 65. 2. B. ex sua conj.: *existimes, tota* (M: *e., ex t.*). At „tota urbe, aestate" est „*per* t. urbem, aestatem", non „*in* t. urbe, aestate", ab h. autem loco propagatio illa per locum tempusve abhorrere videtur. Ego, quoniam partitivum *ex* ineptum prorsus est, scripsi (ut Kleyn. quoque fecit): *e., in t.*; cf. de simillima re 55, 2 „*In* tuo *toto imperio* atque *provincia* nihil est, q. m. gr. f. possis" (= 79). De „*in tota* t. pr." cf. Madv. § 273, c, n. Scilicet in M *ex* ex *EXistimes* repetitum expulit *in*, ut 16, 1 M: *ex . . ex* pro *ex . . de*, al.

Ep. 66. 1. Vulgo: *debebat. A te.* Ego: *d.: nunc* (*ñc*) *a te*; cf. 2 „*si* R. *fuisses, .. essemus* . . tui: *nunc*, quoniam . . esse, rogo", XIV, 1, 2 et 17, et sic sexcenties, ubi eiusmodi aliquam hypothesin vera res sequitur. Potuit Cicero ad *nunc* addere „quoniam ista vehementer me movent", sed id ipsum ex *nunc* facillime auditur; potuit etiam scribere: „*Sed*, quoniam ista me movent, a te", cf. 21, 1—2. Kayserus parum Latine voluit addi *itaque*.

Ep. 69. 1. Ego, ut B, ex M: *non † vulgare nec ambitiose*; nam, *vulgariter*, ut vulgo edebatur, Cicerone eiusque aequales dixerint, incertum est, vid. lexx. Fuit aut, ut Klotz. conj., *VVLGAri moRE* (cf. VI, 18, 3 „te . . *more Romano* commendabo" et 16, 3 et 5, 3) aut *vulgarem in modum* (cf. *maiorem in modum* 7, 4 plurimisque aliis huius libri locis) aut *vulgari commendatione* (cf. 15, 3; 35; I, 3, 2, Planc. 47). Mihi quidem Krause non persuasit, qui *vulgare* ita defendere conatus est, ut esset = *in vulgus tribuere* (70) sc. *commendationem*, ɔ: quemvis commendare: ut enim *vulgare* absolute sic dici potuerit, tamen ea significatio in hunc locum, ubi de una sola commendatione, C. Curtii, agitur, minime convenit.

Ep. 70. Vulgo: *Quia . . ben., sic fit, ut . . velint c.* Ego delevi *sic*. Latinum est „Non est . . ben.: *sic* fit, ut . ." (cf. IX, 16, 4); „*Quia* .., *sic*" pro „Q. . ., *ideo* (idcirco, propterea, eo, ea re)" Latini non magis possunt dicere, quam Germani „Weil .., ſo (alſo)" pro „Weil .., deshalb". Neque vero Latine ad periphrasin hanc „*fit* (facio, fac), ut" ex abundanti *sic* (*ita*) additur, ut ad *dico, puto, accepi*, al., de quibus v. Madv. § 395, n. 6. Idem, quod h. l., Cicero in ep. 71 sic dicit: „Multos . . est, *quoniam* . . benev." Librarius confusis, ut saepe, *f* et *ſ* litteris ex *fit* fecit *ſic*, deinde se ipse correxit, cf. 60, 1, 73, 2, ubi M *vituperationiſ fore*, Em. p. 60, n. 1 (de VIII, 16, 1), III, 8, 2, V, 21, 1, Att. XIII, 34, al. — Deinde fortasse excidit *ID* (IT, ut in M interdum scribitur) ante *TrIbuo*, sicut 9, 1 *plurimuM*, quod ego cum Kaysero post *tribueriM* addidi (cf. 22, 2, XII, 17, 3, al.), quia *tribuere* absolute sic dici non potest, addita nulla significatione, *quantum* alicui tribueretur, nam Caesar (B. G. 1, 13) pro *multum* eodem modo *magno opere* (sc. *aliquid*) posuisse potest, quo Cicero Verr. V, 107 „quid *magno opere* (= q. magnum, was Beſonders) potuit C. facere" et Livius III, 26 „nulla *m. o.* (= n. magna) clade accepta", etsi quis praestiterit non excidisse *Aliquid* ante *Aut*? Tac. Ann. XIV, 14 „quos . . *ne* (daß nicht, non: damit nicht). tradam" subiectum est sententiae „maioribus e. *tribuendum*, sicut ep. 70 ex „ut . . commendari" ad *tribuo* assumendum est obiectum *ut commendem*, nisi addideris *id*.

Ep. 73. 1. B. ex cod. Amst.: *Romae te vidissem, coram gr. egissem.* Ego ex M: *R.* *, *te v. coramque g. e.*; unde enim *que* natum est? Excidit sine dubio, non, ut est in Dresd. 3, al., *fuissem*, nec *essem*, sed *esses*, cf. 66, 2; scilicet potest Philippus se ex provincia in Italiam ad suos recepisse necdum tamen *deposito* imperio *Romam* venisse, idque ita esse ex ipso titulo illo *PROCOS.* intelligitur, quoniam, in urbem si iam introisset, „proconsul" non erat.

Ep. 77. 3. Excidit, puto, *meus* non post *Bolanus* (B. ex Or. conj.,

cf. 2 et 35, al.), sed post *familiaris*, qui verborum ordo multo frequentior est.

Liber XIV.

Ep. 1. 7. Vulgo: *alio me conferam, ad te scribam.* Ego: *a. me c., † ad te s.* Sensit iam ed. N. deesse aliquid: addidit *et.* Facilius excidere potuit sive *ADquE* ante *AD tE* sive *quE* post *tE*; aptius tamen post *conferAM* addas *quod quum faciAM*, cf. de eadem re Att. III, 21, 1: an fuit *quo, ad te s.* (cf. Att. l. cit. „ut scias, *ubi* simus")?

Ep. 2. 3. Vulgo: *conficitur.* Nihil equidem mutavi, coll. Fragm. de Rege Alex. 3, 1 „nisi *das* a., h., si. *dederis*, r. iudicabo", Sall. Cat. 58, 9 „Si *vincimus* (= vicerimus), . . erunt: si m. *cesserimus*, . . fient"; sed tamen vide, ne Cicero scripserit *conficietur*, eiusdem enim temporis videntur mihi esse „*conficiendi* neg." et „o. *consequendi*" actiones, non minus quam paullo supra, ubi de eadem re est „tum . . *videbor restitutus*, si . . *erit restituta* (rest. *ero*, si . . *erit*); cf. III, 10, 3, ubi ego et B. ex L. conj. *effeceris* pro *efficis*, X, 27, 1, (ubi ego ex Ern. conj. *seiungEs*, quoniam sententia non illa est: „si *nunc* seiungis, *post* consules — cf. Madv. § 340, n. 1 —, sed haec: „seiungens (seiungendo) cons.", cf. 2 „sapientius . . *facies, si . . interpones*), Q. F. I, 1, 32 (ubi ego, ut B, ex Or. conj.: *adversaBImur*). Sed 3, 5 de eadem re recte est: *Si perficitis . ., . . oportet*, etsi potuit Cicero etiam *perfeceritis* scribere. Similiter M paullo post *proices* pro *proicIes*. — **4.** Ego posterius *ad eos* uncis inclusi, ut ex priore repetitum. Ciceroni certe scribendum fuit *atque ad eos:* an vero ad alteros utros tantum scribere debuit, ac non ad utrosque? Per *aut de q. . . scr.* altera eorum rite additur pars, ad quos scribendum erat.

Ep. 3. 2. Vulgo: *quum dolore conficior, tum e. pudore.* Recte, opinor, Crat. ex M: *conficiar*, cf. XVI, 21, 2, Att. XI, 13, 1, Deiot. 12, Legg. II, 36, ubi in archetypo sine dubio fuit *videantur*, non videntur. — **3.** Vulgo: *Ut tuto sim.* Ego: *ut † t. s.* Cicero scripsit aut *tutus* (cf. Att. XV, 18, 2, al.) aut *in tuto* (cf. XII, 2, 3, al., Ter. Heaut. IV, 2, 30). Addito loco aliquo *tuto esse* recte dicitur, ut § 4, XI, 1, 1 et 5, 1, XIV, 18, 1, Att. XIV, 8, 2 et 22, 2, XV, 11, 1 (bis sc. *Romae*) et 12, 1; etsi etiam *tutum alicubi esse* dicitur XI, 2, 2 et Att. XIV, 12, 2 (ubi B recte ex Z et M *tutine*) et 15, 3 (ubi ego ex Z *tutine*, B ex M *tutone*), Phil. XII, 28.

Ep. 4. 3. Vulgo: *quid* (ɔ: cur) *nunc rogem te, ut venias, mulierem . . confectam? non rogem? sine te i. sim?* At, quoniam „Quid . . rogem?" est = „Nihil est, cur te rogem", abundat totum sq. „Non rogem?", et tamen Cicero dixisset: „Quid te nunc r.", aut „Q. n. te r." Ne sic quidem distincta illa verba sana sunt: „Q. n. r. te? ut v.? m . . c. Non" (nec enim recte „ut v.?" et „Non r.?" inter se opponuntur), neque sic: „Q.? n. r. te . . c.?" (Cicero non addidisset *nunc*, quod, quoquo modo distingvas scribasve, plane otiosum est, aut certe scripsisset *r. te nunc*). Si sana essent, sic saltem distingvenda erant: „Q. n. (sc. faciam)? R. te, ut v.? m . . conf. Non r.?"; sic vero — ellipticae enim illius

formulae (*Q. nunc?*) exemplum nullum memini — addendum erat *faciam.* Latet igitur mendum aliquod in *quid nunc.* Fuit, quum ego suspicarer: „*qui* n . . conf. Non"; indicatur enim apertissime causa, cur se „perditum afflictumque" dicat; sed supra (2) non „rogat" uxorem, ut veniat, sed „*cupit*" tantum eam videre, et *ita, si* illa mala fixa sint (ɔ:, ut 3 dicitur, „si transactum est" sc. de reditu), et tamen infra dicendum erat: „*an* non rogem?" aut: „non r. igitur? s. te sim?" Restabat, ut scriberem: „Quid *enim* (sc. faciam)? R. te, ut v.? M . . conf. Non r.? S . . sim?" Sic recte Cicero et causam illam affert et contraria duo a se ipse quaerit (*Rogem te?* et *Non r.?* = „Rogemne . .? an non r.?"), quorum alteri ipse illud obiicit: *Mal . . conf.*, alteri hoc: *Sine . . sim?*, et sequitur: „Opinor, sic agam (sc. tecum ɔ: te rogabo): si . . adiuves (ɔ: Romae maneas, ad me *ne venias*); sin . . ad me *fac venias*". Cf. V, 15, 2: „illius . . sunt. *Quid enim?* Ad amicos*ne confugiam?* Q. m. sunt?", ubi alterum interrogationis membrum („*an* ad litteras?") latet § 3 in illis: „Quod enim . .? Litterae, credo . .? Sed . . videntur". Confunduntur interdum in codd. *enim* (. *n* .) et *nunc* ($\overline{nc}$).

Ep. 4. 5. Vulgo: *Atque ego.* Ego: *Atqui e.* Non simpliciter hoc adiungitur ad *sustenta te*, quo Cicero uxorem „confirmabat", sed ex contrario ponitur. Sic haud raro ex *atquI* ante *E* factum est *atquE.*

Ep. 5. 2. Vulgo: *Preciana, quae . . est — v. e. i. amavi —, sed.* Ego: *P. — q . . est; v. e. i. a. —, sed*; nam *sed* est redeuntis post parenthesin (*q. . . am.*) ad institutam orationem, cf. Madv. § 480. — **2.** Vulgo: *XV.* Sine dubio scribendum XVII; cf. Att. VII, 1 (sine dubio eodem die scripta) et 9 et VI, 9, 5.

Ep. 6. Ego, ut B., ante *SVIS* addideram *TVLLIVS*; sed, ut opinor, exciderunt etiam nomina „suorum" („Terentiae et Tulliae"), cf. ep. 2 et 4.

Ep. 7. 2. Vulgo: *me a. eum similibus . . defensuros.* Ego: *† def.*; vix enim ipse Cicero *uno* hoc loco pluralem numerum sic pro singulari posuit: potest *defensVrOS* ex *defensVr*$\overline{V}$ (ut Crat. scripsit) aberrando vel ad VOS vel ad *nOStri* aut ex *defensur*$\overline{V}$*eSse* esse natum. Ne Caesaris quidem exemplum huius syllepseos (Madv. § 215, c) ullum est. Neque vero Ciceronis aut Caesaris fuit collectiva, quae vocant, cum plurali (Madv. § 215, a) ponere: Caes. B. G. III, 17 (ubi ego conieci *clauserAnt* et *coniunxerAnt*) nunc ex opt. cdd. utriusque classis Schneider. et Whitte: *convenerat* (aberravit librarius aliquis ad *clausERANT* et *coniunxERANT*); V, 45 ego, ut Wh., ex opt. cdd. *necabatur* pro *necabaNtur* post *mittebANTVR*; II, 23 ego, ut Wh., *coepit*, coll. VI, 31 et 40 (unus L. 1 *coepERVNT* post *contendERVNT*); II, 6 ego, ut dett. aliq. cdd., *contenderet*, coll. IV, 14, al. — **3.** Vulgo: *utere.* Cicero post *videBItur* certe scripsisset *utitor*, non *utĕre*; post *primum . . velim cures* ne *utēre* quidem aptum est. Ego: *utare*, ut pendeat ex *velim.*

Ep. 9. B. ex cd. Erf. et Hitt.: *dolor et de D. valetudine et de Tulliae.* Ego ex M: *d. † et D. v. et de T.*, suspicatus: *d. ex D. v. et T.*; de *ex* et *et* saepissime confusis ante dixi (cf. etiam XV, 4, 6), *de* ex sq.

de omni petitum esse potest. De *dolor* (*dolere*) *ex* cf. Freund. lex. (*ex*, C, 5), Fam. XVI, 21, 3, Att. XI, 17, 1, de R. P. I, 4, Brut. 332, Caes. B. G. I, 14, 5, al.

Ep. 18. Excidit sine dubio *ET* inter *FILIAE* et *CICERO*. Cf. ep. 14. — **1.** Vulgo: *Romaene sitis an mecum in aliquo tuto loco.* Ego: *mecum an al.* Sic, ut de tribus consiliis, rite dictum est „*quid* faciatis“; tria autem fuisse Cicero ipse etiam Att. VII, 12 (eodem die, IX Kal. Febr., scripta), 6 dicit: „quid censeas de Ter. et Tullia, Romae eas esse an mecum *an* aliquo tuto loco“; „mecum“ sc. in „*oppidis* nostris“ (ↄ: Campaniae maritimis, quibus ipse praeerat, cf. Att. VII, 14, 3); „tuto *aliquo* (= alio aliquo) loco“, ↄ: in „*praediis* nostris“ (in eadem regione sitis, cf. Att. l. c.), de praediis autem dici non potuit „*mecum* in a. t. l.“, cf. infra „ut et m. esse *mecum* et, quum *abieritis* (sc. *a me*), c. in nostris *praediis* e. p.“, et 14, 1 „bellissime (ↄ: tutissime et commodissime) *vel mecum vel* in n. *praediis* e. p.“. Infra (2), ubi est „*utrum* sit melius“, ex „*Romae* vos *esse* . . *abesse Roma* . . habere“ auditur „manere Romae an in hanc regionem exire“, ex tribus consiliis factis duobus, quorum unum bipertitum est („ut *et* . . *mecum* . . *et* . . in n. *praediis* e. p.“), sicut 14, 1. — Vulgo: *commodo et in n. esse.* At, *et* si simpliciter copulantis esset (und), debebat certe esse „in n. *et* (= et quidem) comm.“; sin adiungentis (auch), Cicero, ut L., scripsisset *c. etiam in n.* (me quidem vehementer offendit „*et* (und) . . *et* (auch) in una sententia positum), sed, ea adiunctio quoniam prorsus abundat, ego delevi *et*, ut ex *et*, *q. a.* repetitum: eo ipso, quod „nostra“ erant, commode (belle, tuto) in praediis illis esse poterant, cf. 14, 1 „*bell. . . . in nostris pr.* e. p.“, Att. VII, 14, 3 „ea *praedia* . . habeamus . ., ut *in iis non incommode* p. e.“ Deinde ego ex ant. corr. post *nostrIS* addidi *praediIS*; neque enim *nostris* potest esse „unseres Eignes“, neque ex „nostrorum quum *oppidorum*, tum e. praediorum“ licebat audire *praed.*, quoniam „oppida“ quoque „nostra“ erant; cf. etiam 14, 1 „vel . . in *nostris praediis* e. p.“

Ep. 21. Cicero, puto, scripsit *postulabit*, non *postulat*, debet enim eiusdem temporis esse atque „q. opus *erit*“, cf. ad XIII, 28, b, 2.

Liber XV.

Ep. 1. 1. Vulgo: *c. auctoribus*, *leg.*, *n.*, *l. sum.* Ego: *c. a.*, *l. n. l.*, *sum;* explicatur enim *c. a.* per apposita tria, *l.*, *n.*, *l.*

Ep. 2. 2. Vulgo: *Artuasdes.* Ego: *Artavasdes*, ut ex codd. est Att. V, 20, 2 et apud Vell. Paterc. Cf. *ArtAxerxes*, *ArtAbanes*, *ArtApatas*, cetera eius generis nomina. — **4.** Vulgo: *eiusque regis salutem, incolumitatem regnumque.* Sic prorsus abundat *inc.* Cicero ex senatus consulto scripsit: *e. r.* 1) *s.* 2) *incolumitatemque regni*; sequitur in explicando: 1) *regi* 2) *regnoque* et in repetendo scti argumento 1) *salus ipsius* 2) *incolumitas regni*, nec mirum, si librarius transposito (ut V, 12, 6, XII, 15, 1) *que* (q) ex *regni* fecit *regnum.* De transpositionibus cf. Em. p. 31. — Deinde vulgo: *populo senatuique.* Debebat certe esse *senatui populoque*: Cicero scripsit aut *S. P. Q. R.* aut, ut plene est § 5

in regis de eodem scto responso, *senatui populoque Romano.* Erravit, ut sexcenties librarius, in explicandis archetypi notis (1, 2 et 3 M: *p. r.*), hoc quidem loco quum transponendo *Q.*, tum *R* omittendo; cf. 7, ubi M *pr.*, ↄ: praetoris, pro *p. r.* (populi Romani) et *senatus consilio*, ↄ: s. consulto. — **5.** B.: *dixissem*, *cohortatus sum*, *ut . . sum; tum.* At tenor narrationis („1) initio *ille* , . egit . . Atque 2) *ille* primo . . locutus est . . susp.“) mihi quidem postulare videtur, ut h. quoque l. dicatur, non quid Cicero ipse, sed quid rex fecerit, ↄ: ut „*tum* . . Cybistra“ apodosis sit illorum *quum* . . *suae*, non, ut B voluit, a Ciceronis responso separatum per se ipsum ponatur, quod si Cicero ipse vellet, scripsisset saltem: „*Ego*, *quum* . . *d.*, *coh. sum.* In apodosi recte maiore cum vi additum est *tum*, ut opinor, maxime ob sq. „*Postero* a. *die* . . venit“. Ego non ausus sum mutare, quod in M est, *d. c. ut . . s.*, *tum*; potest enim *coh.* fortasse ita defendi, ut sit = *cohortans* (indem ich zugleich —, indem ich darauf —), cf. Madv. Gr. § 431, b, n. 2 (ed. Germ. III) et Em. Liv. p. 114, 226, 339 et Gr. § 427, b (ed. Germ. 431, b). Ablativis absolutis non solum Livium, Tacitum, cett. sic usos esse, sed etiam antiquiores scriptores testis est Caesar B. G. IV, 10 (*insulis effectis* = insulas efficiens), VII, 11 *perpaucis* (sc. *post* captum oppidum) *desideratis*; eodem autem modo non solum, ut Madvigio visum est, ablativo abs., sed etiam per appositionem participia ponuntur, ut Liv. XXXVIII, 34, 6, ubi ego ex cd. arch.: „excessisse in a. *dilapsos*“, XL, 18, 1 *amplexi*, XLII, 57, 6 *praegressus*, XLV, 22, 7, ubi ego ex cd. Vind. sic scripsi et distinxi: „Antiochus . . traiecit, Demetriade . . occupato de . . conatus. Cum“ (indem er darauf durch das Besetzen .. versuchte —; Madv.: „A .. tr.; D .. conatus *est.* Cum“, parum recte non una, ut § 6 et 8, sed duabus sententiis exposita belli cum Antiocho causa), quibus locis omnibus „deponens“ verbum est, sicut nostro loco (Tac. autem A., I, 70: *disiecti aut obruti*, al.) et illis quum antiquiorum scriptorum, tum posteriorum, de quibus est Madv. § 431, n. b (ratus, solitus, ausus, confisus, usus, miratus, veritus, arbitratus, questus, operatus, aemulatus, nisus, praedatus, al.). Att. V, 16, 2 „venisse . ., *moratos*“ si verum est, audire licet *esse.* Verisimilius tamen mihi quoque videtur excidisse aliquid sive post *dixiSSEM*, ut „et tamen adolescentem *eSSEM* (quod Erf. aliorumque codicum supplementum Cicerone satis dignum esse Bardili apud Or. I. p. 21 demonstravit) vel *cumque essem*, sive post *coh.*, ut *que* (*eum*) *essem.* — **6.** B, ut ego olim (Em. p. 36), ex ant. corr.: *dicere ea*, *quae is me quoque* (M: *me is q.*) *a. d.*, *se.* Nunc ego: *d. — ea q. me q. is a. d. —: se*; nam *me* maiorem quam *is* vim habet; de *is* sic interposito cf. 8 „eoque *vos* studiosius“ et „ea *mihi* signa“, III, 8, 7 „non nostram *is* perfidiam“, alia sexcenta; librarius a *mE* ad *quoquE* quum aberrasset, *is* anticipavit. Parenthesi ego *ea quae . . d..* inclusi; sine *ea* enim dicendum fuit: „d. ea, *q . . dicturus esset*“; recte, ut ad plures sententias relatum, Cicero non *id quod*, sed *ea quae* scripsit. — Infra vulgo: *probatos hortatus.* Quoniam in M est *probatO hOrt.*, vide, ne exciderit non solum *s*, sed aberrando ab *O* ad *O* etiam *cO*, cf. de *COhort.* 5 et 7. Deinde post *sum* (*sū*) ante *regis* fortasse omissum est *ut*, cf. 5 et 8. — **8.** Vulgo ex Ern. conj.: *quum hac opinione disce-*

derem, *ut . . liberarit. Quod.* De obiectiva sententia (*ut . . lib.*) ex „hac *opinione*“ suspensa (= *ut* . . meum adventum p. i. liberasse *putarem* = meum adv. . liberasse) cf. Madv. ad Fin. I, 14, T. D. V, 119, Fam. XV, 15, 2 „hanc m. *coniecturam* fuisse, *ut . . vellent*“; in obiectiva autem sententia (Madv. § 355) soloecum est *liberaRIT* post primariae sent. *discedEREM*, ita demum rectum, si praecederet „h. o. discedO, discedAM“, longe enim alius usus ille est, de quo Madv. § 382, n. 1 (*ut* = ſo daß, non: daß). Itaque ego ex Medicei *liberaRet* feci *liberaSet*; de confusis *s̄* et *r* (h. quidem l. post *liberaRet* § 7) alibi dixi.

Ep. 3. 1. Vulgo: *hoc ad te.* Ego, ut de pluribus rebus („regis . . . facturum“): *haec ad te*; cf. de eadem re 9, 3 „*Quae* . . *nuntiata* sunt . . *scribenda*“, 1, 1 *de iis rebus*, al. — **2.** Vulgo ex ant. conj. (Erf.): *teneamus* (M: *tenemus*). Ego (Em. p. 4) ex Nonio: *tueamur*, cf. 4, 1 „qua continentia *tuerer*“ et de variatione (*tenere* . . *tueamur*) 4, 4. In Nonii arch. sic fuisse necesse est: scilicet cdd. Nonii aberrando ad *tENere* ex *tVeamur* partim fecerunt *tuNeamur* partim *tENeamur*; M vero ob idem *tENere*, omisso, ut fit, *a*, prorsus prave scripsit: *tENemuS*.

Ep. 4. 9. B. cum L. et mecum: *repugnantes* (M: *repugnantibus*); cf. de *-is* et *-ib.* ann. ad II, 17, 7, al. Offendebat me non tam omissum *iis*, ɔ: Erana, S., Commori (cf. enim Att. X, 10, 1 *lectIS*, Caes. B. C. I, 30 *profectO*, B. G. IV, 12, ubi ego ex cdd. classe I: *resistentibuS*, Nep. Att. 11 florentE cOl. — etsi his locis excidere facile potuerunt *iIS*, *eO*, *nostriS*, EO —, Tac. A. 1, 5 *agitantibus* = 29, VI, 16 — VI, 37, XIV, 57, Hist. IV, 17, Agric. 18 dativus est, non abl., *significantibus*, cett. —, Suet. Caes. 4 *absolutoque*, de Graecis Madv. Syntax. § 131, n. 4), quam abl. absolutus omnino sic positus; nec enim h. l., cur participialis actio a primaria sententia sic separaretur (Madv. § 428, n. 1), iusta causa ulla fuit, ut fuit Fin. 1, 71, Divin. I, 77 (etsi ibi *re nuntiata* ex *rē nuntiatā* fieri facile potuit), Caes. B. G. VII, 4, VI, 4 et 43, I, 16, V, 4 et 44, IV, 12; III, 14, B. C. I, 36, III, 21 (= Milonem, clam nuntiis missis in I. evocatum, sibi coniunxit), Liv. I, 8, 1 (§ 3 ego scripsi *regI* pro *regE*), al., Tac. A. IV, 19 (an *precantI?*), XV, 30 (anacoluthon, ut Suet. Tib. 31), al., et fuit Cic. Fam. XVI, 12, 3, Att. X, 4, 6, Phil. XI, 23, Fam. X, 24, 5, Caes. B. G. I, 53, VI, 2, B. C. III, 53, Liv. XXXVIII, 54, 1, Tac. A. VI, 2 (*militum* . . *poscentibus* sc. *iis*). Sunt, qui ex *Er.*, *Sep.*, *Comm.* audiant *Eranensibus*, cett.: at sic Tacitus loquitur (A. XII, 54 *divisis* audito sive *provincialibus* ex *provincia* sive *Iudaeis* ex *Iudaeae*) et, si recte memini, etiam Livius, Cicero vix item; sed potest excidisse post *resistentibus* sive *oppidaniS* sive, ut Or. voluit, *hostIBVS*. — **10.** Vulgo: *adduxi.* Ego malim: *abduxi* (*b* = *d*, cf. 2, 6 *accidere* ɔ: *accipere*, XIV, 5, 1 *propeas* ɔ: *prodeas*, alia multa); cf. de eadem re II, 10, 3, Att. V, 20, 3 *inde discessimus*. — **12.** B. ex Kleynii conj. inter *sunt* et *profecta* addidit *in te*, coll. II, 19, 2, III, 1, 1, V, 5, 2; sed fortasse non post *sVNT* excidit *INTe*, sed post *aVTĒ*. — **14.** Vulgo: *mores*, *instituta atque vitam.* Ego: *m.*, † *i. a. v.*; cf. Ann. meas ad T. D. 1830 p. 5, sqq., Emendd. T. D. III, p. 17, Elberling. Obss. ad Caes. p. 112, Madv. Opp. I, p. 333 et ad Fin. IV, 56 et Gr. § 434, n. 1. Noster locus unus paucorum illorum est (non modo Ciceronis, Caesaris, Nepotis, Sallustii, sed etiam Livii, de quo vid. Madv. Em. Liv. p. 67, 530, 718, Taciti, de quo vid. Emm. m. T. D. III, p. 19—21), qui Zumptio-Madvigiano praecepto re vera repugnantes correctura egent, neque enim conferre eum cum iis licet, de quibus Madv. Opp. I p. 338 exposuit (Verr. I, 39, IV, 99, Div. in Caec. 72, Parad. VI, 49, T. D. V, 41, Liv. VII, 30, 23, Tac. A. I, 21) et ego Emm. T. D. III p. 19 (Fam. IV, 11, 1, Sall. C. 20, 7; 51, 1 et 9; 52, 3 et 13; 61, 9, Tac. A. II, 5, XI, 6). Quod autem Madv. ad Fin. *mores* uncis includit (quasi ex marginali quodam glossemate ad „inst. a. v.“ ascripto natum), mihi vero multo verisimilius videtur a Cicerone scriptum esse aut *m.*, *i.*, *v.* (*ATqVe* ex *TA Vi* fieri facile potuit, ut Att. XI, 24, 3 *NOBIS* natum ex *scriBIS NOstra* est) aut *m. institutaque et v.*, quod fortasse rectius est de duabus unius notionis partibus, cf. T. D. IV, 1 „*de moribus institutisque maiorum* et Madv. Emm. 1826 p. 40; ex *que* post *ta* facto *atque* sive excidere sive omitti *et* facile potuit. Ceterum ferri poterat *m.*, *i. atque v.*, si Cicero ad *vitam* addidisset *totam*, cf. Emm. m. T. D. III, p. 17, Madv. ad Fin. l. c.; etsi vel sic melius erat *m. institutaque atque totam v.*, cf. Ac. II, 86. Pro Fonteio 4 ego: „ex *belli* caede et fuga“ (ɔ: ex quo tempore bello caesi et fugati sunt), cf. „*belli* certamina, proelia, clades“. Orat. 36 sine dubio in arch. fuit „*abdita et* opaca“, teste enim Orellio cd. Eins. *abdiTA* tantum (non *abd. et*), scilicet post *inculTA*, omisit; id autem ferri potest, ut unum membrum (*inc.*) duobus verbis (*abd.* et *op.*), quo planius fieret, enuntiatum, cf. T. D. V, 41 *tutum e.*, *inexpugnabilem*, *saeptum atque munitum.* Att. V, 11, 5 ego (probante Madvigio ad Fin.) deleveram *nos*, ut natum sive ex sq. *NOStram* sive ex praec. *NOSse*, et I, 20, 1 eodem Madvigio probante, cum Asc. et Crat. (ɔ: ex cd. Cr.) *et*, ut ex *officiosE* ortum. Fam. VIII, 6, 3 ego, ut nunc B, comma post *consaepta omnia* (= o., ut quae c. sint) sustuleram, ut duo tantum copularentur: „foeda *et* inhonesta“. XVI, 11, 3 ad aequalia tria membra (*cons.*, *praet.*, *trib. pl.*) per *et* rite annectitur inaequale quartum „nobis, *qui pro cons. sumus*“ (cf. Caes. B. G. III, 18 „*et quod* . . credunt“): de eadem re recte est Deiot. 11 „cons., pr., tr. pl., nobis *imperatoribus*“ et Caes. B. C. 1, 5 „cons., pr., tr. pl., quique pro coss. (sic recte Man. pro *consulares*) sunt ad urbem“. Apud Lucilium (Non. v. *cercurus*) versus delere *ac* sinit, ut ex *EcbatanĀ* natum. Caes. B. G. VII, 58 „erat . . explere atque munire“ unum solum efficit membrum, ut VII, 11 „ex L. traducit *atque* . . pervenit“; III, 20 nunc Whitte ex cdd. classis I. delevit *Carcasone* (in cdd. cl. II *et* ex *CarcasonE* natum esse poterat). Livius XLII, 53, 11, ut de propinquis inter se tribus oppidis (quae *Tripolis* vocabatur), fortasse scripsit „Azorum PythoumQ. (an *Pythiumq.?*) *et* Dolichen“ potius, quam, ut Madv., *A.*, *Pythoum*, *D.*; cf. 65, 14, ubi ego ex eiusdem conj.: „Eum. AttalusQ. et M., r. N.“, et XLV, 26, 12, ubi Madv. conj.: „ex omnibus arcibus et castellis“, ego vero ex cod. Vind.: „ex o. oppidis arcibus*que* (cod. om. *q.*) *et* (cod. ob superius *ESse* aut ob sq. *sESe* aut ob sq. *caSTellis* habet *eSt*) castellis“, quoniam cum „opp. arcibusque (ɔ: o. cum suis ἀκροπόλεσι) per *et* rite

copulatur *cast.* (ɔ: munitionibus sine oppidis, quales saepe a Livio commemorantur).

Ep. 9. 2. Vulgo: *si addis.* Sequenti *me . . consecutum putabo,* (ɔ: consecutus ero), dicendum fuit *addideris* (cf. de eadem re 13, 2 „quod si *feceris*, . . accedet“, ubi accuratius esset *accesserit*, 4, 16 „si . . *fuerit* . ., . . existimaturum . . contigisse“, XIII, 76, 2, 77, 3, al.), nec mirum, si M post *addI* omisit *derI*; sed potest *addis* esse: *iam in eo es, ut addas* sive *es additurus*, cf. de eadem re Att. V, 15, 1 „Si *prorogatur*, actum est“, ann. ad XIV, 2, 3, Madv. Gr. § 340, n. 1.

Ep. 12. 2. B. ex sua eademque mea conj.: *o. des et efficias.* Ego ex M: *o. des † efficias*; potest enim etiam excidisse vel *Enitare* ante *Eff.* (cf. XIII, 29, 5 „*enitare*, contendas, *efficias*“, Lael. 59 *eniti et efficere*, Off. III, 42, al.; nam *curES* post *dES* addere minus aptum erat; etsi cf. Q. F. I, 2, 11 *cura, elabora, perfice*) vel *qVE* ante *NE* (sic Erf., al. cdd.).

Ep. 13. 3. Vulgo: *celerrime. Dignas . . misi, omniumque.* Sic prave cum causa, cur Paullus „et quam hon . . curare potuerit dec . . cel.“ iunguntur, quae Cicero de *reliquis* suis rebus a Paullo petit. Ego: *c.: d. . . misi. O.*; cf. ad Q. F. II, 12, 2.

Ep. 14. 1. Vulgo: *quamquam profecerunt.* Excidit aliquid inter *q.* et *pr.* Primum enim absolute positum a Cicerone *proficere* nusquam invenio, ut, si nihil excidit, fecit Plancius X, 15, 2 (Liv. III, 61, 12, Colum., Plin.): Cicero, Caesar, Nepos semper, addunt *aliquid* (Att. VII, 13, 1, Off. III, 37, Ovid. Pont. III, 1, 138), *nihil*, *hoc*, *multum*, *tantum* (= Caes. B. C. III, 23 *adeo*), al. Deinde, ut hoc ita non sit, tamen sq. „aliquanto (bedeutend = sup. *multo*) *plus* c . . habuit“ (= plus profecit) clamat nude positum *prof.* h. l. non fuisse. Ego igitur: *quamquAM ALIQuid Prof.* (*q* = *p*); nam *multuM* post *quamquaM* addere minus convenit.

Ep. 15. 1. B. ex M2: *a belli pertinacia* (M1: *a b. necessaria p.*). Ego (Em. p. 13) ex certissima Madvigii conj.: *a b. non necessarii p.*, ɔ: ab ea, quam bellum, quum post proelium Pharsalicum desisset esse necessarium, habebat, pertinacia; cf. 2 „Alex. belli tantam moram“. Librarius aberrando ad *pertinacIA* scripsit *necessarIA*, ut 11, 3 *Vni* post *Vnus* pro *Animi* et *gratIAE* ante *provincIAE* pro *gratIA*, 15, 2 *quaSE* post *fuisSE* pro *quaSI*, sexcenta alia. *Non* (*n̄*) quidem ante *Nec.* facillime excidit, quo facto, non mirum, si corrector Medicei pravissimum illud *necessaria* punctis notavit; contra vero cur adderet de suo librarius quisquam *nec.*? nec interpolandi sic causa ulla fuit nec errandi occasio.

Ep. 16. 2. Vulgo: *oculi possent.* Non hypothetice sic Ciceronem scripsisse docet vel ipsa addita causa, quam ab hypothesi divelli non licuit: „quod, quum velis, ipsa *accurrunt*; scripsisset certe „q., q. velles, i. *accurrerent*, cf. R. Am. 56, 114, Catil. III, 17, al. Ego: *possunt*, cf. Madv. § 361, n. 2, 332 cum nota. Deinde B. mecum (Em. p. 97) ex M: *† quod velis ipsa currunt.* Nunc ego ex L. conj. mihi olim probata: *quod, quum v., i. accurrunt.* L. recte confert sq. *simulac m. collibitum sit* (= quum velim) *de te c.* et de eadem re Divin. II, 138 „ut, *simul atque velimus, accurrant* et Lucr. IV, 782 „*simulac volumus*, nobis *accurrit*“ (sic L., opinor, ex codd.; Forbiger. sine var. *occ.*) imago“. Facillime et *quō* post *quod* excidit et ex *ipsacurrunt* factum est *ipsacurrunt*, ut 3 *quid* ex *quiid*, 17, 1 *brevis ed* ex *brevis sed.* Pro *accurrere* Cicero Fin. 1, 21 *incurs.*, Att. II, 3, 2 ἐμπτώσεις. Infra, ubi vulgo: *occurrat*, ego ex L. conj. *acc.* (= advolet), cui rite respondet sq. *ADvolabit.* Nec mirum, si librarius vel errore *o* pro *a* scripsit vel notius sibi verbum supposuit.

Ep. 17. 4. B.: *gratum. Et, amabo te, quum.* Ego: *gr. et a. te, q.*; nec enim *am. te* h. l. quasi per parenthesin interiectum est, ut Att. II, 2, 1 *Cura, a. te, Ciceronem*, sed primaria sententia est (per *et* cum „nobis . . gratum“ connexa), = *oro te, quaeso*, unde pendet „quum . . . memineris“ (= *ut*, quum . ., m. *memineris*; cf. Q. F. I, 4, 1, Ter. Eun. III, 3, 31, Plaut. Men. III, 3, 1, al.).

Ep. 18. Sine dubio excidit *sT* (*est*) aut ante *Tua* aut post *inquiES*; in eiusmodi enim per *ubi* interrogatione *esse* auditum non invenio, et additum est in respondendo („Tua . . pal. *est*“), ubi addi necesse non fuit. Ceterum erravit vehementer B., quum certissima Man. conj. non contentus ipse suspicatus est: *in oleo est*, coll. Or. I, 81: loci, ubi Cassii philosophia versabatur, nomen (*culina*) contrarium habere debet alius alicuius loci, ubi Ciceronis, nomen; id autem *oleum* esse non potest, nam Or. l. c. („nitidum q. genus est verborum . ., sed *palaestrae* magis et *olei*, quam h. c. turbae et fori“) *olei* ad loci nomen (*pal.*) quasi appendicula quaedam additum est (= pal. cum oleo suo), sicut *h. civ. turbae* ad *fori*; Catull. 63, 65 *flos gymnasii* poëtice per *decus olei* explicatur. Aberrando ad sup. *MOLESTiis* M pro *INpaLESTrAst* scripsit *MOLESTAst* (quod ex *INOLEost* fieri multo difficilius potuit), cf. de mendi genere ann. ad 15, 1 et 2; 10, 1; 3, 2; 4, 5; II, 4, 1, al. Sic 19, 1 M *hominibus* post *homines* pro *omnibus*, 2 *ipicurus* post *ipse* pro *epic.*

Ep. 20. 2. B. mecum (Em. p. 70) ex codd. Regg. *olim* uncis inclusit. Verisimilius est librarium ad paullo inferius *olim* aberrando *olim* addidisse quam ex *aliquantVLVM* (sic Man.) fecisse *aliquantVMOLIM*; sed nescio an Koch. et Krause recte ex *olī* fecerint *olei*; quamquam, quod Krause horridum et incultum dicendi genus ait esse „aliquantum ad amorem addere“, vehementer erravit, cf. III, 13, 2 „hac re novata *additum* p. *aliquid ad meum* erga te *studium*, *quo* (= *ad quod*) *nihil* v. *addi* p., quam *quidquam* esse *detractum* (sc. de eo), V, 19, 1 „*nihil ad* tuum pr. *officium addi* p.“, I, 7, 8 „*plus additum ad memoriam* n. n., quam *demptum de fortuna*“, alia multa: *addere ad* simpliciter est = augere, *detrahere* (*demere*) *de* = minuere („bedeutend vermehrt“).

Liber XVI.

Ep. 1. 2. Vulgo: *si a. intelliges.* Ego: *si a. † int.* Cicero aut obliqua oratione scripsit *intelligAs*, ut in contrario membro *possit*, aut extra obl. orationem *intelligIs*, ut supra „si . . *es* . .; sin . . *videris*" et infra „si s. *navigas* . .; sin . . *vis.* Supra M: *viderEs* pro *viderIs.*

Ep. 3. Excidit, opinor, *Q* inter *ET* et *FILIVS*; cf. ep. 4.

Ep. 4. 3. B: *diligit. Et quum . . nav.: nulla.* Sic si distinxeris, *et* sine dubio delendum est (ego: *[Et,] q.*), ut ex *diligiT* natum. *Et*, si sanum esset, ad „non inh . . dil." adiungeret, obscurius quidem, alteram causam, cur cum Mescinio decurrendum esset, sc. hanc, ut etiam navigationi consuleret, quam cum M., *cauto* in navigando homine, „bellam" fore Cicero putabat, cf. 9, 4; 1, 2 („comites"); sed ita distinguendum erat, ut vulgo: *d. et, q.* — **4.** Vulgo ex ant. corr.: *amet, et quum* (M: *a. ut cum*). Ego: *a.: q.*; explicatur enim, quam vim „neminem . . amet" habeat, non novum aliquid adiungitur. *uT* ex *ameT* ortum est.

Ep. 5. 2. Vulgo: *Poteris i. et facies.* Sine dubio inter *igituR* et *Et* excidit *faceRE*; durior enim et inusitatior h. l., ubi *facies* sequitur, non praecedit, ellipsis esset.

Ep. 6. 2. Vulgo: *cura, cura te.* Ego: *cura te* (cf. 3, 1 *confirma te*); maiore enim affectu *cura* iterare si Cicero vellet, scripsisset: *cura te, cura* (ep. 7 plenius scripsit: „Cura i. te *et confirma*"). M, qui saepe iterando peccat (cf. Em. p. 59, XV*, 5, 1 *et res p. me et res p. me*, al. multa) h. quidem l. eo facilius errare potuit, quod prius *cura* in extremo versu habet.

Ep. 8. 1. B. ex ant. conj.: *a nobis afuturus* (M: *n. fut.*), nec ego muto; potest tamen Quintus scripsisse *n. afut.* (v. Em. p. 62), ut *afut.* sit = def. (cf. 4, 3, Freund. lex., 6 et 7) aut *n. def.* — Vulgo: *Attamen.* Ego *Ac tamen*; vid. ann. ad IX, 2, 1.

Ep. 9. 1. Vulgo: *Vale, salve.* Ego: *ValE Et s.*, ut est 4, 4.

Ep. 10. 2. Vulgo ambigue: *Fac plane ut valeas.* Ego: *F., pl. ut v.*; cf. 4, 1 *plane confirmatum.*

Ep. 12. 2. Ego, ut vulgo: *Anconam*; sed vide, ne Cicero scripserit *Anconem*, ut Att. VII, 11, 1. Phil. XII, 23 editur *Anconam*, sed in cd. Vat. defectu; Fragmm. p. 464 ed. Or. (Non. v. *deiicere*), ubi Or.: *Anconae*, ego ex mea conj., ut Roth. ex 2 codd.: *Ancone* (ego ex Mercerii conj.: „De statua n. c. Cl., quam TV r. iussisseS Ancone, quum EA deiecta esseT ex S. C."); Caes. B. C. I, 11, ubi Held.: *Anconam*, utrum sit in codd., nescio: apud Plinium et Iuvenalem *Ancon* est. Cf. *Croto* (Cic., Liv., al.) et *Crotona* (Liv. I, 18, ubi tamen pro *Crotonam* licet cum Madvigio scribere *Crotona.*

Ep. 16. 1. Vulgo: *et meam filiolam*, quod si verum esset, durissime Quintus post *meum* (ɔ: m. filium) *Ciceronem* aliam in sententiam diceret *meam* (= mihi carissimam). Ego: *et tuam f.*; aberravit librarius a *tuam* ad praec. *meumq.* Cf. XIII, 23, 1, ubi ego cum ed.

Bas. et L.: *amico et tribuli tuo* pro *a. et t. meo*; si enim *Servii* amicus Cossinius esset, quid tandem opus fuit *Servio* libertum eius a Cicerone commendari, cf. 47 „Quid . . *tu* ipse diligis?", 68, 1; exponit Cicero, ut solet, causas, quae *ipsi* cum Cossinio erant necessitudinis (infra: „*necessariis*, quo in n. *ego* sum") libertumque eius commendandi: amicitiam, eandem tribum, familiarem usum (quem in ipsa amicitia semper inesse necesse est); cf. 24, 1 „*hospitem* et f. *meum* (= 25, 35, 1), 26, 2 „h. tam *mihi necessario* et t. fam.", 37 „h. et *nec. meum*", 40 „*meos* pern.", 43 „h. *mihi* fam.", 46 „coheres *meus*, 51, 52, 54 „*amici* atque interpretis *mei*", 58 „L. Cust. est *tribulis* et municeps et *familiaris meus*", 71, 72, 74, 77, 2, 78, 17, 1 „et *am.* p. *mihi* cum eo est et . . patuit" (= 19, 1); ex *MEO* librarius fecit *TVO* sive ob *Tribuli* (ut 30, 1 *Sua* ex *Tua* ob *Sicilia*) sive aberrando ad sq. *VTOr* (ut XI, 12, 1 *Sua* ex *Tua* ob *AntoniVS*). — Infra vulgo: *fecisti, quum.* Ego ex *quō* feci *quod*, cf. ann. ad IV, 3, 4. — Deinde vulgo cum Crat.: *eum, indignum illa fortuna, nobis amicum.* Ego ex M: *eum, i. i. f. † ac n. a.*; verisimilius enim est excidisse aliquid, ut *condicione* (cf. de „fort. ac cond." Mil. 92, Off. I, 41, al.) post *ac* aut *libertum* sive *lib.* post *forTVNA*, quam *Ac* ex *fortunA* esse natum; cf. I, 9, 20, al. — **2.** Vulgo: *fidelitas est.* Ego ex L. conj.: *fideLITAS et frugaLITAS*; sq. enim *haec eadem bona* testatur duo „bona" („commoda") a Quinto esse posita, non unum, *fid.*, in quo uno Man. ridicule *multa* „bona" inesse dici putat, frugalitate autem quaenam in servo libertove virtus aptius cum fidelitate copulari potest? Cf. Cluent. 47, Hor. Sat. II, 7, 3, Plin. Pan. 88, 2, al. — Vulgo ex Crat. conj.: *litteris, sermonibus, humanitate* (M: *l. et s. h.*). Ego, etsi *et* fortasse ex *debēt* nasci potuit, tamen malim *et* post *serm.* addere. An excidit *quE* post *humanitatE* aut fuit *sermonis h.*?

Ep. 17. 2. B. mecum (Em. p. 34) ex ant. corr. (Erf.), sed non tam certa, quae in textu esset ponenda: *me, quo q. comitatu ἀφωμίλησα satis scite. Tu eum*: Cicero, opinor, certe scripsisset *a quo.* Ego ex M: me *† quo q. c. ἀ. s. scis etueum*; potest enim etiam, ut Sch. voluit, fuisse: *me; q. q. c., s. scis: ἀφ. Tu eum* aut aliud aliquid. M quidem potest aberrando ad *Eum* scripsisse *Etu* pro *tu.*

Ep. 18. 1. Vulgo: *tamen in modum procedit.* Hoc nihil est, vid. lexx. Ego: *t. * in m.* Excidit inter *men* et *in* sive *mirum* (L.) sive *incredibilem* (cf. ad Q. F. III, 2, 2), nam *tantum in m.* Cicero vix dixit, etsi idem persaepe *maiorem in m.*

Ep. 20. 2. Vulgo: *polliceris te.* Ego: *p., te*, ɔ: firmo c. a. *id* f. licet, *quod* p., sc. te b. f. e. meae. — **6.** Vulgo: *erat quidem ille.* Cicero sine dubio scripsit *e. i. q.* Cf. Madv. ad Fin. IV, 43, Praef. Oratt. Sel. (ed. II) p. XVII. Phil. XII, 18 ego cum Mur. (ex Vat.?): *fortem quidem illum.* Fam. V, 16, 2 et Phil. XI, 7 eiusdem generis sunt, cuius Phil. II, 39, de quo Madr. Praef. Oratt. l. c., n. 2: priore loco „consolatio *illa*" contrarium habet „*ceterae* consolationes", posteriore *illam* demonstrative portendit sq. „nocturnum impetum . . Samiarium". Att. XV, 13, 1 B. ipse ex sua conj.: *optimum illum qui-*

dem (M: *o. q. i.*). Restat Phil. VI, 1, ubi sine ulla var. editur: *minus quidem illa severa.* — **7.** Vulgo: *Habes. Deponendae tibi sunt u.* Ego: † *Habes d. t. s. u.*; contortissima enim Mülleri explicatio est „Habet“ illud de gladiatoribus dictum conferentis. Simplicius *Habes* esset = *Possides*, *Possessor es* (Freund. II, A); sed non, quia Tiro tum *aliquid* possidebat (praedium *aliquod* emerat), continuo „dep. ei erant *urbanitates*“; *habere* enim sic etiam de iis dicebatur, qui nummos *urbanave* praedia haberent, ut Verr. III, 199, Att. VIII, 10: deponendae *urb.* erant, quia *rusticum* aliquod praedium emerat. Nisi igitur plura post *Habes* exciderunt aut *H.* ipsum corruptum est, probatur mihi Crat. et Gron. conj.: „H., *ubi* dep. tibi sInt u.“, ɔ: H. tale praedicum, ubi —, ɔ: *rusticum*; facillime *VBI* post *HABes* excidere potuit. An excidit *PrEDIVM*, *ubi* ante *DEPon.*? In Graevii conj. („H., *d. Vbi* s. u.“) ordo verborum nonnihil me offendit. — Deinde vulgo: *es. Quomodo . . propono? videor enim.* De *Quomodo . . proponO?* cf. Em. p. 81, Madv. De emend. or. pro Balbo II p. 14; sed ita *enim* male abundat: ubi Plautus: „Quomodo? Ut *enim* . .“, ibi Cicero dixisset *Scilicet, ut.* Crat. audacius *enim* delevit; modestius erat ex *ENĪ* facere *MI* (mihi). Vide tamen, ne nihil mutare necesse sit, si sic distinxeris: *es*, *q.* (ɔ: so wie) . . *propono; v. enim*; cf. Orat. II, 140 *quomodo nunc* . . c.; est *enim* . . pon.“, al. De prava Or. conj. (*Commodum*) vid. Em. p. 81.

Ep. 23. Vulgo: *A. de lege quid egerit. Liceat* (B: *egerit* —. *L.*). Ego, ut obscurissima de re, ex M malui scribere: *A. de † legem q. e.* * * *l.* De *lege* cf. Att. XIV, 12, 1; de Or. conj. *legionibus* (legg.), IIII. cf. XII, 4, 4; de mea *legationibus* (legg.), ɔ: *l.* liberis, mea ceterorumque, cf. 11, 1 (scr. eodem mense), 2, Att. XIV, 5 (scr. III aut IV Id. Apr.), 2 et 13, 4 et XV, 8, 1; de falsis compendiorum explicationibus cf. Em. p. 4. Deinde audire, ut Or. fecit, *scribe* quum durius est (etsi cf. 24, 2), tum ob sq. *l. mihi r.* minime convenit: excidit, puto, *non curo* simileve aliquid inter *eg.* et *liceat.* — **2.** Probabilis est Kayseri conj. post *contemnis* excidisse *ego contemno* (vel potius *at e. c.*), quo non addito sq. „etsi . . ϑoϱ. non habet, quod sic restringatur; nam audire tale aliquid, ut Man. et Sch. fecerunt, vix licet. — Infra B. ex codd. al.: *Leptam*, *ad.* Ego ex M: *L. † etn ad*, non ausus illud *etn* delere, in quo sine dubio aliquid latet, aut *et eum* aut *et* cum nomine alicuius hominis aut (ut Man. conj.) *eum* (*L.*, *eum*, *ad*).

Ep. 24. 1. Vulgo: *pensio K. Ian. De.* Ego primum: *p. K. † Ian.*; nam, si Maio mense, ut constat, haec epistola scripta est, *Ian.* verum esse non potest: scribendum *Iun.* (ut Sch. quoque voluit) aut *Ian.* delendum; cf. Em. p. 72 et 118. Deinde vide, ne sic sit distingvendum: *K. † Ian.*, *de*, ut sit: „ut (damit) exp. sit p. (sc. a me creditori alicui — Publilio an Dolabellae — solvenda) K. Iun., de . . vid.“

Ep. 26. Ego inter *Q.* et *TIRONI* inserui *CICERO*, cf. ep. 8 et 27. Ep. 16 ob „M. *FRATRI*“ nihil opus fuit addi *CICERO.* — Vulgo contra constantem verborum ordinem: *PLVR. SAL.* Ego: *S. P.*, ut ep. 27 ac semper. De M transpositionibus cf. Em. p. 2.

Ep. 27. 1. Excidit, opinor, *tuA* post *epistolA*; cf. ann. ad IV, 6, 1: ne nobis quidem s. l. licebat dicere: durch den Brief; neque vero *ep.* potest, ut interdum *litteris*, esse = *per litteras* (schriftlich). — **2.** Vulgo: *incredibile est*, *quae ego illos scio . . fecisse.* Ego pro *scio* nunc: *sciā*; cf. Em. p. 99. Olim (Krit. Bem. til T. f. Caelius S. 23) excusare equidem in *Quinto* Cicerone *scio* conatus sum collatis Att. XIII, 40, 2 („Mirum quantum inimicus *ibat*“), Liv. II, 1, 11 („Id mirum quantum *profuit*), Iustin. XXXVI, 2 (*incredibile quantum coaluere* (contra Liv. I, 16, 8 *mirum*, *quantum* et Tac. A. XV, 54 *mirum*, *quam* cum conj.) et, quae cognata sunt, Cic. Or. 87 *nimium quantum* et Att. I, 11, 3 *mire quam* et Q. F. II, 6, 5 *sane quam* (= Fam. VIII, 1, 2, XI, 13, 4) et Fam. XI, 13, 3 *valde quam* et Tac. H. III, 62 *immane quanto* cum indicativo, quasi „incred. est quae“ unam notionem haberet (= incredibilia); sed ita h. l. dicendum certe fuit aut *I. quae* omisso *est* aut *Incredibiliter quae*, nam Cat. M. 11 „nihil *est* admirabilius quam *quo modo . . tulit*“ notissima illa attractione pro *quam is modus*, *quo* dictum esse potest, etsi mihi quidem probabilius videtur excidisse, ut persaepe, notam *er* litterarum (*tulerit*). De *Incr. est* cum pendenti aliqua interrogatione posito cf. Att. I, 11, 1 et 3, XIII, 23, 3 et 26, 2, Phil. II, 66, Verr. IV, 124, Sall. C. 6 et 7, alia multa. De mendi genere cf. XI, 7, 2 et 14, 3: h. l. fortasse ad sup. *naufragIO* aberratum est. — Infra ego inter *ama* et *vale* addidi *et*, cf. ann. ad XV, 19, 4.

Epistolae ad Quintum Fratrem.

Liber I.

Ep. 1. 4. Vulgo: *contraque erigas.* Ego post *quE* addidi *tE*, quod ex altero negativo membro (*neve te obrui . . s.*) audire non licet, praesertim quum intransitiva verba sequantur (*res.* et *occ.*). Cf. F. VII, 3, 5, ubi M om. *me*, IX, 10, 2, al. — **7.** Vulgo: *quum pecuniae*, *quum voluptati*, *quum omnium rerum cupiditati resistes.* Ego: *voluptatiS.* Potuit per se ipsum dici: *p.*, *voluptati res.*, sed *omnium r.*, quo pecunia et voluptas comprehenduntur, genitivum poscit. Aberratum videtur esse a *volupTATIS* ad *cupidiTATI.* — **13.** B. ex Ursini conj.: *non suae saevitiae*, *sed tuae lenitatis.* Ego ex M: *non * suae*, *s. t. l.* Excidit facillime ante *sue* (*suae*) vel *severitatis* vel *saevitiae.* Chiasmus hic (*sev. suae* — *tuae len.*) aptissimus est, praesertim quum maior vis in severitatis mentione (quam sq. *potestatis* postulat) insit quam in *suae.* — **16.** Vulgo: *c. sunt quaedam familiaritates.* Ego:

c. s. † q. f.; nam *quaedam*, sive est = quorundam (einige) hominum, absurdissimum est sequente *praeter h. perpaucorum*, sive = certi cuiusdam generis (Müller: „sc. ambitiosae“), nimis obscurum. Ern. deleri voluit *q.*, nec ex *dae* (*d* = *q*) et *fam.* fieri non potuit *quaedam*; sed multo verisimilius est excidisse ante *q.* adiectivum aliquod, ut *intimae*, cui infra respondet *nimiae*. — Infra vulgo: *eorum neque tam fid.*, per durissimam anacoluthiam audito ex *eorum* bis tantum *ii* (in *audent* et in *invident*). Sch. audit *cavendae* (vitandae) *sunt*, *quod*. Ego: *eorum* ** *neque*, ut exciderit *cavendae* (vel *vitandae*), *quod*: sic recte in *sunt* quoque ex *eorum* audiatur *ii*; cf. 15 „nullum genus c. in *familiaritate cavendum* magis, propterea *quod* . . curant“. — *Tam. fid.* si sanum est, *tam* praeter loquendi consuetudinem (v. Madv. ad Fin. I, 1, 1) est = *ita* (Germani: so sehr, Madv. § 462). An Cicero scripsit: *ita f.*? — **19.** Vulgo: *imperio*, *tam.* Ego: *i. t.*; nam *tam d. m.*, *t. c. prov.* non pendet ex *in*, sed absoluto abl. positum est, ut quae causa esset, cur „illa in t. i. divina v. necesse esset“. — **22.** B. ex Ern. conj.: *tanta vis populi*, *t.* Ego: *t. v. concionis*, *t.* Scilicet alia illa manus, quum in M margine sive ex ipso Medicei archetypo sive ex alio cod. (cum cod. Cratandri cognato?) omissa (*denique* . . *VIS*) supplevit, postremam vocem neglexit, ut ego puto, similiter exeuntem, ɔ: *concioNIS*, ut est in contraria sententia („ubi nullum . . *concio*“). — **24.** Vulgo: *constante.* Ego: *constanti*; cf. Obss. in Sest. p. 6. H. l. M pro I ante *F* scripsit *E*, ut 21 *qui Fuit* pro *quiEvit*. — **28.** Vulgo: *quae sint nobis.* Cicero sine dubio, ut „ea, quae c. *sumus*“, sic „iis . ., quae *sunt* n.“; cf. Madv. § 369, b et Opp. I p. 490 et 513 et ad Fin. III, 59, meas Obss. in Sest. p. 68 et „Krit. Bem. til T. f. Caelius S. 16“, ad Fam. XV, 5, 3, al. Contra paullo post cur non, ut „quod . . *didicerimus*“, sic „q. p. *simus* (sic ed. Jens. — ex suo cod.?) *er.*? cf. Krit. B. S. 26, Madv. ad Fin. II, 61. — **29.** Vulgo: *in ea s. potestatem h.* Ego olim, quum *eam* esse in M Furiae crederem, sic scripsi (Germani: über sie); nec nunc, quum B. testis est „M habere *ea* arcu toti pronomini superscripto“, sententiam muto, nam sic ($\widehat{ea}$) pro *eā* scriptum esse facile potest. De „*in aliquid* potestatem, imperium, vim, ius habere (tenere), dominari“, al. cf. 4, R. P. II, 49, T. D. IV, 77, III, 49, C. M. 38 bis, Verr. I, 68, Caes. B. G. I, 16, VI, 19, Ter. Eun. III, 1, 5, Gai. I, 55 et 52, quo loco collato ego pro Domo 77 ex L. conj.: *in filium* (filiō) et Gell. V, 9 in eadem formula: „in *eum* potestas siet . . endo *filium* (Gellius ipse ibidem: „in *pupillos* . . potestatem“) et Gai. I, 54 „ius Quir. in *servom* habet“, al. — **39.** Ego inter *litteris* et *AB* inserui *Atque* (ADque): respondet „imp. *ac* dign.“. — **40.** Fortasse, ut in secundaria secundaria, post *lenior* addendum est *fuit*. An est durius quoddam anacoluthon post interiectum illud „credo . . videbatur“, quasi praecedat „primus annus *fuit* . . .“? — **45.** Vulgo: *siculi.* Ego: *sic*, *uti*, ɔ: ita bene, ut, non simpliciter = *uti*. — Post vulgo: *ego*, *qui* . . *et qui* . . *videor*, *idcirco*. Ego, quoniam in M est *et quiA*, scripsi: *e.*, *quiA* . . *et quiA* . . *v.*, *i.*: qui sic scripserit: *qui* . . *videor*, *idcirco*, equidem neminem novi; relative Cicero, puto, scripsisset *qui* . .

videar, omisso *idc.* Atque verisimilius est in M semel scriptum esse *qui* pro *quia* quam contra.

Ep. 2. 3. Vulgo cum ed. Iens.: *protulisse.* Ego (Em. p. 77): *posuisse*, quod a *potuisse* (sic MR) multo propius abest quam illud. De confusione cf. Att. VI, 1, 23, ubi ego ex L. conj. *proposuit* pro *potuit*, al. — Infra vulgo: *potest. Atque.* Ego: *p.* —. *A.*, quo magis appareat apodosin negligentissimae illius anacoluthiae, interiecto „quam multos . . potest“, penitus involutam latere in „Atque . . defuisse; hoc enim Cicero dicturus fuit: „Quod autem me m. movere solebat, hoc erat, quod *materiam* . . *Statius dedit*; nam antea t. i. potuit . . defuit“. — **5.** Vulgo ex M2: *voluisse*, *quem.* Ego ex M1: *v. † ultra quem.* Latet in *ultra* aliquid: ego olim sic conieci, ut nunc in R. video esse, *vol. ultro*, *q.* *Ultro* (ɔ: nullo accusatore postulante“, cui contrarium est „adductum in iudicium) in cetera, quae de „tanta Quinti cupiditate“ dicuntur, bene convenit; nam „elicere o. r. Z.“ etiam hortante aliquo accusatore potuit. De *ultro* cum maiore vi in clausula posito cf. 11 *amplius*, 3, 8 *vehementius*, II, 4, 2 (bis), al. multa, Madv. § 468. An excidit *ultro*, ubi certe aptius — post *add. in iud.* — erat, post *conquiri VeRO* additumque in archetypi margine deinde, ut fit, in textu loco non suo positum est? — **6.** Vulgo: *censu*, *Catienus.* Excidit sine dubio *T.*; vid. infra, ubi aptius praenomen omitti potuit. — **6.** Vulgo: *fumo ut comb.* Ergone *fumo* homines non solum suffocantur, sed etiam comburuntur? Plautus quidem certe (Curc. I, 1, 54) ait: „Fumo comburi nihil potest, flamma potest“. De poenae genere cf. Plaut. Cas. II, 5, 1 „ibi (ɔ: in calido *furno*) torreto me pro pane rubido“. Recte Ursin.: *furno ut c.*, nisi quod post *curaturuM* addendum fuit *IN*, ut saepe apud Plinium est „*in* furno torrere, arefacere, *urere*“. Idem XIII, 4, 9, si fides editionibus est, omittit *in*, ut Ovid. F. VI, 313; Ciceroni vero non licuit, v. Madv. § 273, b, n. 2. Ne instrumenti quidem loco *fumo* poni potuit: igni, flamma, ardore comburitur aliquid, non ipso fumo (paullo infra „*iudicio* comb.“ est = *damnatione* c., non = *in* iud. c.). — Infra vulgo) *Quid vero ad C. F. n. quem.* Ego: *Q. v.? ad C. F. n. q.* (sc. *scribis*; sequitur enim „deinde rogas“). — **7.** Vulgo cum J.: *omnium mearum praecepta.* Ego ex MR: *o. † mecum p.* Potest M pro *meARum* scripsisse *meCum*; verisimilius tamen multo aberrando ab *e* ad *e* inter *m* et *Ecum* omisit *Earum t.* De „*tecum* repetes“ cf. *secum cogitare*, al. Quod B. coniecit, *Mearum Mecum*, vix aptum est. — Infra vulgo: *poeniteret. Et.* Fuitne: *p.; set*? — **8.** Vulgo: *iniquae sint.* Ego: *i. essent*: sequitur *veniSSEnt* . . *soleREnt.* Ex *iniquesent* in M facile factum est *iniquesint.* — **9.** Vulgo: *Legi ep.*, *quam ipse scripsisse. Ipse*, si sanum non est, transponendum potius post *Legi* est quam ex Kayseri conj. delendum (ut ortum ex *scrIPSissE* an ex sq. *ipso?*); sed ego, ut B., in Sch. interpretatione acquievi. — **11.** Vulgo ex Ern. conj.: *graviter et vehementer.* Ego ex MRI: *g. † id v.*, quod si Cicero scripsisset, certe *que* ante *ve* addidisset, ut fecit L; nam in asyndeto *id* nisi ad *f. gr.* referri non potuit, et tamen *id* abundaret. Addito *que* potuit quidem *id* ad rem supre narratam re-

ferri, sed nihil fuit, cur in altero demum membro poneretur, quasi Cicero illud, non alia, Flavium secum questum dicere vellet. Quare mihi quoque olim magis probabatur *et*. De confusis facile *et* (Palimps. de R. P. I, 3 et 15 et pro Tullio 10: *ed*) et *id* (M in Epp. ad Fam. interdum, ut Pal. de R. P. I, 6 extr.: *it*, sicut *illut*, al., cf. Freund. Mil. p. 10) cf. Att. XII, 24, 3 (idem M *id* pro *et*), IV, 8, b, 4 (contra), XIII, 32, 3 (ego ex Or. conj. *Id*, *quod*, B ex M *et*, *q*), XV, 20, 4 (M *id ex*, cd. Faern. *et ex* pro *ei ex*), Brut. 275 (edd. *et* pro *id*), Orat. I, 255 (contra), 202 (ego ex Heus. conj. *id ipsum* pro *et i.*), Verr. III, 71 (Z. e Lag. 42 recte *id quod*, cett. cdd. *et q.*); Pseudo-Brut. I, 11, 2 (ego ex cd. Anton. et Pal. 4 *Id mihi*, B ex M male *et m.*), ann. ad Q. F. III, 1, 4; similiter *ad* (at) et *et* confusa Att. IV, 18, 2. Ego tamen: *gr.* † *id v.*, dubitans an Cicero scripserit *gr.; itaque v.*; ex *ita* enim omisso *que* ante *ue* potuit fieri *id*, ut Att. III, 16 (M1 *idque*, 2 *itaque*), I, 9, 1 (M *idque*, in margine recte, ut Pall., *itaque*), Q. F. II, 4, 5, ubi M: *id*, Cicero sine dubio *Ita* (non, ut vulgo, *Sic*). — **13.** B. ex M1: *Maiora ista erunt: meae . . pl.; * quae sunt nonnulla.* Quod Or. *m. i. erunt* sic explicat: „maioribus incommodis ista (tua dicta: ὀ τ. ν. et ἀ ϑ.), id ita dici non potuit. Sch. pro *erunt* audacius voluit *quam*. Ego (probante Madvigio) delevi *erunt*, ut ex sq. *fuERVNT* aberrando natum; nam ex *erunt* post *TA* facere *FVerunt* non licuit, sic enim *fuerunt* bis positum nimis langveret. Scilicet repetitur idem, quod iam dictum erat: „Cetera fuerunt in eadem ep. (in qua de Censorino, ceteris ad me scripsisti) *graviora*, quam vellem", et repetitur, quo fortius significetur graviter dictorum Quinti et parvarum Marci obiurgationum inter se oppositio. De mendi genere cf. 16, ubi M post *amicISSIMOS* habet *acerBISSIMOS* pro *acerRIMOS*, Fam. II, 4, 1, ubi vulgo *certissimum* (ante *CERTiores*), ego aut cum Bakio *TRItissimum* aut cum Or. *CREBERRimum*, et M aberrando ad *domesticos* pro *tuarum enim* scripsit *domesticarum e*. Deinde ego ex *quae sunt* (quesunt) feci *questus sum*; excidit *Stus* ante *Sum* et ob *fuerVNT* ex *suM* factum est *sVNT* (ut 16, ubi M *pertimescaNT* pro *pertimescaM*). De *questus nonnulla* cf. sq. „Quae ad te aliqua cum admonitione aut obi. scripsi". Madvigius viderat in *quaesunt* latere verbum aliquod (cum „obiurg." cognatum), ut *requirunt* (sc. „obiurgationes"), quod tamen ipsi non satisfaciebat, et iure quidem, Cicero enim certe scripsisset *requisivi*. — Post ego: *aliqua cum admon.* (M: *a. mon.*, unde Or. et B: *a. cum m.*, Rl *a. admon.*); incertissimum enim est, Ciceronisne sit *monitio*, quod uno solo loco, Lael. 89, ex mell. cdd. legitur. Aberrando ab *aliquA* ad *Am̄on.* librarius omisit *cuma*. — **14.** Ex *Publiceni* B. cum Sch. fecit *Publicii*: fuit potius *Publicieni*, quod nomen ex *Publicius* item fit, ut *Catienus* ex *Catius*, *Volusienus* ex *Volusius*, al. — **14.** Vulgo: *diligentia vel tecum deducas.* Miror in *vel* neminem haesitasse; nam hoc quidem loco nullo modo potest esse = *etiam* (Madv. § 436, n.). Quid apertius quam ante *vel* excidisse *vel* (sc. ante decessum tuum) *Romam mittas* simileve aliquid, quod a *vel* inciperet? Ego igitur: *d. *** vel t. d.* — **15.** Vulgo: *ut*

Cato, ad. Ego ante *Cato* addidi *C.*, postulantibus ipsis verbis „adolescens . . . Cato"; cf. 7, ubi ego ex Or. conj.: *C. Virgilius*, quoniam neque ante Virgilii facta mentio est et honorifica eius ibi fit commemoratio (v. Madv. Opp I p. 362, 464, 496, al.) et sequitur in parallela sententia „*C.* Octavius". — **16.** Vulgo: *se res sic habet*, inusitato verborum ordine: Cicero solet scribere *r. sic se h.* aut *sic se r. h.* Errari transponendo facile potuit. — **16.** Vulgo: *se optime ostendunt.* Quid est *se o. ost.*? An = *se o. gerunt*? At id nec, ut opinor, unquam sic dicitur (Caelius Fam. VIII, 15, 2: „Domitii male se *dant*") nec in hunc locum cadit, loquitur enim Cicero de omnium erga se studio: primum Pompeii et Caesaris omnia sibi pollicentium, deinde designatorum magistratuum, ex quibus tribuni pl. *amici* esse dicuntur, IV praetores „*amicissimi* et ac. cives", alii (praetores) saltem *boni*: de consulibus igitur quid dici potuit nisi: *se optimOS OStendunt*, ↄ: „specie quidem certe *boni* eoque ipso mihi *amici* sunt"? qui quidem quid re vera sentirent, postero demum anno Cicero expertus est, cf. 4, 4 *alienatio consulum* et de Pisone. Sestian. 20—22. De *optimos* cf. II, 1, 3: „*optimum* Racilium habemus; v. e. Antistius *amicus* nobis fore; nam Plancus totus *noster* est". — Deinde vulgo: *cives*, *Dom.* Ego: *cives D.*; nec enim *D.*, *N.*, *M.*, *L.* appositum est ad *pr. am. et ac. c.*, sed contra („die freundlichsten Pr. haben wir in D., N., M., L."), cf. Madv. § 227, a.

Ep. 3. 1. Vulgo: *Ego te v. noluerim.* Ego: „*Ego te v. n.*"; iteratur enim, quod frater scripserat („Vereor, ne tu me v. nolueris"), vid. supra. Suis ipse verbis Cicero, ut supra *irascerer . . possem*, sic h. l. *nollem* scripsisset. — **2.** Vulgo: *Quid, quod . . mei. Quid filium . . ageretur. Quid vero t.* Nec *quid* sic pro *quid quod* dicere licuit nec *quod* ex *quid quod* (bis) audire: per anaphoram dicendum fuit aut: „Quid, *quod* f . . ag. Quid vero, *quod t.* (sic L. marg. 1584) aut, ut ego malo: *Quod f . . ag. Quod v. t.*, cui rationi non obstat, quod sequitur plenius „*Quid*, *quod* mal. . . passus", quoniam quidem quartum illud membrum suum praedicatum („me pr. non s. p.") habet, haec vero duo suum (*desidero*) cum primo communicant. Similiter turbatum in *quid*, *quod* quum multis locis est, tum Pis. 89 et Mur. 77. De *quod* et *quid* confusis cf. 7 (M *quod* pro *quid*). Ego igitur in textu: † *Quid f. . .* † *Quid vero.* — **4.** Ego: *acerbius * miserius*; potuit enim Cicero scribere et, ut ego maxime volo, *a.*, *NIhil MIserius* (sequitur item per anaphoram „minus a., minus mis.") et *a. aut m.* et, ut vulgo cum R, *a. ac m.* et *a. nec m.* et, ut B. ex Büchel. conj., *a. miseriusve*; v. Madv. § 458, c, n. 2. — **5.** Vulgo ex M2 („al. *agi*"), I, C): *agi posse*, nec mutavi (cf. 4, 5 „per te a. *confici*"), quia, quod in M. superscriptum est, ut plura alia (4, 5 *velLE* = Reg. opt., al.), sine dubio ex meliore aliquo cod. desumptum est; sin esset ex alicuius coniectura, licebat, puto, scribere *agerE* (sic M1, R, ψ) *tE*, etsi vel ipsum *agere* (sc. *te*, cf. Madv. § 401) ferri poterat. — **7.** Vide, ne inter *quum* (*cum*) et *de visc.* exciderit *tu*, cui contrarium est sq. *ego*. — Deinde vulgo: *tamen et M. Antonio*, *q. tu s.*, *et Caepioni.*

Ego: *t. † et inde A.* (sic M), *q. tu s.*, *et* (*et* om. MRI) *C.*, suspicatus: *t. inde* (ɔ: ex „pecunia tuo nomine ex aerario accepta") *et A. . . et C.*; verisimilius enim multo est transpositum esse *inde* quam *INde* factum ex *M.* (ut in M superscriptum est). Sin Cicero *M.* scripsit, excidit ante *Caepio* non solum *et*, sed etiam *Q.* (v. Or. Onom.); cur enim Cicero Antonio praenomen praeponeret, Caepioni non item? an frater omisso eo scire non potuit, quem Antonium diceret, id est, suos ipse creditores ignoravit? De omissis notissimorum hominum praenominibus cf. sqq. *Crassum — Calidium — Hortensio — Pomponium — Pompeium* (sed *Q. Arrio*).

Ep. 4. 1. B.: *amicorum † cautum m. c. fuit.* Ego: *a. * c. m. c. f.*; excidit *defuit nec.* Cicero „consilium suum non cautum" idem „factum" appellat, quod supra „imprudentiae assignari" vult; cf. de eadem re Att. III, 15, 4 „turpissimo *consilio*" et 20, 1 „Si *nobis* animus, si *consilium*, si *fides eorum*, *quibus credidimus*, non *defuisset*". — **4.** Vulgo ex „Faerni libro": *luctum et laborem.* Ego ex R. malui: *l. laboremque*; in M ante *dE* excidere *que* (q.) facillime potuit. An fuit: *tantum lucTVM*, *tanTVM l. d.*?

Liber II.

Ep. 1. 1. Vulgo: *itemque arbitror ceteros.* Si *ceteros* ex *arb.* penderet (a. ad ceteros item attinere), scribendum fuit *i. a. ad c.* Ego: *i.*, *a.* (ɔ: ut a.), *c.*; cf. I, 4, 3, ubi B. ipse recte: *S. et*, *spero*, *C.* Sexcenties sic interponitur *credo*, *opinor* (3, ubi ego: *sust.*, *opinor*, *in*), *puto*, *spero*, al. Cf. Em. p. — **3.** Vulgo: *sententiam: tum.* Cicero fortasse scripsit: *s.*, *quum* (cum); cf. Madv. § 358, n. 1; etsi *tum* eandem haberet sententiam, et cf. Liv. I, 26, 8, al.

Ep. 3. 2. Vulgo: *aderat tum*, *Miloni animo non amico.* Ego: *a. tum M. a. n. a.*, ut *Miloni* proxime ab *aderat* pendeat, non ab *amico.* Aderat (= *advocatus erat*, cf. § 1) in iudicio Crassus Miloni, sed animo non amico, quippe qui Clodio ex animo faveret. Sic eodem anno etiam pro Sestio dixit, teste Schol. Bob. (ɔ: ipso Asconio) in argum. Sestianae. — Vulgo: *res in posterum dilata.* Ego inter *M et DI* inserui *DIeM*; nam, apud Ciceronem quidem, *in p.* esset *in p. tempus: diem* nec per ellipsin illam, de qua Madv. § 301, c, n., nec ex *A. d. VIII* (§ 1) audiri potuit. Cf. Em. p. 110. — **3.** Vulgo: *dixit: quum . . incr.*, *auditus.* Ego, ut iam R.: *d.*, *q.* (indem, v. Madv. § 358, n. 2, Fam. V, 14, 1 „del., *quum* scribas", al.) . . *i.: aud.* Tota Catonis oratio invectiva „m. silentio s." audita est, non solum „perfidia P. in Cic. increpita". — **4.** Vulgo: *quodam M. Tullio.* Accusator Sestii Vatin. 3 et 41 simpliciter dicitur *Albinovanus*, a Schol. autem Bob. (in argum. Sest.) *P. Albin.* Vide igitur, ne h. l. ex antiquissimo illo cd. palimps. scribendum potius sit *P*, quam illo ex recentiore Mediceo *M*; nam delere *M*, ut ex *quodam* repetitum, minus placet, ignotioris autem hominis aut cognomen aut praeter nomen etiam praenomen ponendum fuit. — **5.** B. ex L. conj.: *edidit ad adligatos* (vulgo: *ad*

allegatos Cn. L. Vatiam et C. Cornelium. Probavi *alligatos* (sc. ambitus crimine, ɔ: culpae Sestii affines, cf. Flacc. 41), coll. Cluent. 39 (ubi Classen. recte ex mell. cdd. *alligatum* pro *inter allegatos*, ut ex interpolatione in dett. est); nam, ut equidem opinor, apud ipsos praetores edebant indices, non apud homines a praetoribus ad se *privatim* legatos. Sed quid est „*ad* alligatos edere . . Cornelium"? L. *ad* explicat per *praeter* s. *cum*: at primum *ad* sic dicere non Ciceronis est, sed historicorum (Sall., Liv., Tac., Suet.), et quidem in *ad hoc* (praeterea) tantum; deinde ne *praeter* quidem aptum esset, sed *inter* (ut ipse L. Cluent. l. c. scripsit); *ad* nihil nisi *apud* esse poterat, id autem de *alligatis* esset absurdum. Quare ego: *ed. † ad allegatos*, quum suspicer fuisse in arch. cd. *ed. adligatos* (cf. Tac. A. II, 40 *ederet socios*, IV, 45 *edere conscios*, al.), in M vero *ad* ex *adlig.* esse petitum, ut Cluent. l. c. in dett. aliq. est *ad inter alligatum*, ex *adligatum*, superscripto *inter allegatos*, natum. — In sq. *† ista ei* quid lateat, ne ego quidem invenire potui: cognomen aliquod Cornelii (*Bestiam?*), ut Or. I voluit, an, ut Or. II, haec fere sententia: *ITAque* (sic iam R) *rEI sunt factI*, an aliud aliquid. Quod Or. Onom. hunc locum ad notissimum illum trib. pl. C. Cornelium (qui semper sine cognomine ullo nominatur) rettulit, sine dubio erravit: fuit, quum ego coniicerem: *Q. Corn.*, de quo *Sestii* amico ac fortasse *affini* cf. Fam. V, 6, 1; persaepe enim *Q.* et *C.* (*G.*) confunduntur. — **7.** Erravit B, quum totum hanc § post 1—6 (XV K. Mart.) scriptam esse significavit. „Pridie . . eram coenaturus" scriptum esse, non XV K. Mart., sed pr. Id. Febr. ex *scripsi* et *eram coen.* facile intelligitur (alioquin Cicero scripsisset *scripseram* et *coenavi*); cetera vero eodem die scripta declarat ipsum *cetera*, cf. Fam. I, 2, 4 „Haec scripsi a. d. XVI K. Febr. a. l.: eo die s. erat futurus. Nos . . providebo". Scilicet, quum pr. Id. non esset, cui epistola daretur, subscriptus is dies est, quo demum fuit, qui eam ad fratrem perferret; cf. III, 1, 8, Att. II, 12, 4, X, 11, 1, XII, 18, a, 1. Sed vide, ne Cicero ante *XV. K. M.* addiderit *D.*, quo datae epistolae diem a scriptae die diversam diserte significaret, cf. Fam. XIV, 1, 7 „*D* a. d. VI. K. Dec. Dyrrhachio. Dyrrachium veni . . scribam", ɔ: Has litteras *ante scriptas VI demum* K. D. dedi D., quo veneram, quod . ."

Ep. 4. 2. B: *ceterum* (sic *I*) *confectum Latiar erat. 'Αμφ.* (sic Mommsen.). Primum incertum est, *ceterum* Cicero scripserit (cf. 12, 1) an, ut solet et ego malo, *ceteroqui* (Fam. VI, 19, 1, IX, 10, 4, ubi M2 *cetera qui*, Att. XII, 3, 1 et 14, 16, ubi M1 *cetero qui*, M2 *cetero quam*), XVI, 4, 1, ubi M1 *ceteroque*, M2 *cetera que*, Or. 83, ubi opt. cd. Eins. recte *ceteroquin*, Viteb. *cetera*, N. D. 1, 60, ubi recte ex aliq. cdd. est *ceteroqui*, alii cdd. *cetera quoque* vel *c. quam* vel *cetera*; nam *qui*, per notam (q with i above) fortasse scriptum, facile, ut Or. l. c. in Vit., ita h. l. in M excidit, sicut *q.* (que) multis aliis locis, praesertim ante *con* (*Kui* ante *Kon*), ante quod haud raro omissum est *quom.* Deinde *Latiar* Cicerone aut quisquam eius aetatis scriptor pro

Latinae (feriae) dixerit, equidem vehementer dubito; nam perparva Macrobii solius auctoritate id vocabulum nititur: longe aliud est „Latiaris *Iuppiter*" (Cic., Liv., Suet., Lucan.); neque vero fuit, cur Cicero feriarum illarum nomen iterum poneret, qui simpliciter *confectae erant* dicere potuerit; sed ne ita quidem dicere potuit, nam et, ut omnium, sic earum *feriarum* dies omnes *festi* erant, non „*religiosi*", et additum „*post* Latinas" (= post L. *confectas*) testatur duos illos dies non ex (IV) Latinarum diebus fuisse, sed extra eorum numerum (duos post eas proxime consecutos). Quare sine dubio ii (Man. et L.) recte fecerunt, qui in *conf. erat* sententiam clauserunt, audito „de nostra Tullia Crassipedi despondenda", de qua eadem re praecedit „de n. Tullia . . *confecisse*" (vid. Sch. p. 65). Denique, quod B. ex Mommsenii conj., omisso priore *erat*, *exiturus* in sq. epistolam transtulit (5, 2 „Exiturus a. d. VIII. Id. Apr. s. Cr. praebui"), valde id obstat, quod Cicero nunquam, ut posteriores (Livius, ceteri), futurum partic. sic apponit: scripsisset certe: „*Quum* ex. *essem*, a. d . . pr." vel potius „A. d. VIII. Id. Apr., *quum essem postridie* ex., sp. Cr. pr."; sed totum illud de consilio suo exeundi cur iam h. l. Cicero poneret? qui paullo infra (3, et quidem aptissime, id ipsum dixerit: „videre a. (nocte Pompeium) volebam, quod *eram* postridie Roma *exiturus*". Quae quum ita sint, ego in hac ep. scripsi: *rel.: † cetero c. erat Latiar erat exiturus. ᾿Αμφ.*, et in ep. 5, 2: *iacentem. A. d. VIII.* Si, ut putabat Or., in „Erat exiturus" audiretur *Crassipes* (sc. ut per religiosum illud biduum ruri esset), nimis nude et abrupte ea verba essent posita. Paullo aptius esset: „c. c. e. *In Laterium eram exiturus*" (cf. 5, 3 et de Laterio 5, 4), sc. „ut ibi per biduum illud commorarer"; nec mirum, si post *eraT* ex *eraM* factum *eraT* esset; aptissimum vero esset, ut voluit Vaassen., delere *Latiar*, ut antiquum aliquod glossema ad *confectum* supplendum additum (cf. § 1, ubi in arch. male additum est *Vatinius*, et 2, ubi *filius*, I, 2, 14, ubi *tragoedi*). Restaret *Erat exiturus*, quod idem V. deleri voluit; sed vereor, ne sive in M sive in cd. arch. multa (unum folium) inter *exiturus* et *᾿Αμφ.* exciderint, vix enim aptissimus est transitus (per *autem*) ab illis de filia despondenda ad haec de *ἀμφ.*; cf. ann. ad § 3. — **3.** B.: *darem; sed et haec.* Ego, ut vulgo: *d. Sed et h.*; nam, si ad illud solum „si . . darem" pronomen esset relatum, oportebat esse *hoc*: nunc de omnibus iis, quae praecedunt, dictum est *haec*. Sed quid sibi vult *et* (= etiam)? nihil enim praecedit, quod Cicero iam scripserit „se et fratrem brevi inter se communicaturos"; nam, ut vir quidam doctissimus mihi scripsit, audiri *sicut tam multa alia*, equidem licere non credo. Nisi igitur inter *† cetero . . exiturus* (2) et *᾿Αμφ.* multa exciderunt, in quibus idem de alia aliqua re aliisve rebus scriptum esset, h. l. delendum est *et*, ut ex *Set* natum (cf. 1, 2, 11, ubi B. recte ex Faerni conj.: *Sed te oro* pro *Sed et te o.*, et 14, ubi M: *venissET ET*, et 16, ubi M: *ardET ET*, al.). — **5.** Vulgo: *Sic legibus.* Ego ex *Id* (MRl) *l.* malui facere *Ita l.*; nam, ubi Germanorum ſo fere est = alſo (*itaque*), Latini *ita* dicere solent, non *sic*; cf. de *ita* sententiam aliquam in iis, quae praecedunt, involutam

ac latentem annectente Cael. 55 (ubi ego olim infeliciter: *non dedit* pro *non dixit*), Div. II, 21, Or. I, 123, al. De mendo cf. ann. ad Fam. II, 16, 3. — Infra B. ex Büchel. conj.: *qui unus est optimus h. t. tr. pl.* Ego *optiMVs* post *VNVS* addidi; cf. de addito *optimus* 1, 3 et I, 2, 16, Fam. I, 7, 2, ubi *Racilium et fide et animo singulari = R. unum optimum.* Cicero certe dixisset non *unus*, sed *unicus* aut *singularis*; vid. lexx. Quod Man. cum „*unus* tr. pl." confert Fam. XV, 6, 1, a nostro loco alienissimum est; ibi enim *Catones* est = viri, qualis tu, M. Cato, es, *unus* autem, ut ex contrariis *omnes* et *multi* apparet, simpliciter = *unus solus*, non = *singularis* (einzig in seiner Beschaffenheit). — **6.** B. eum 1: *cum populo.* Ego ex MR: *† a populo*, qui etiam nunc malim: *ad populum*; adde ad locos in Em. p. 50 laudatos hos: III, 2, 1, Fam. XII, 7, 1, Phil. XII, 17 (*eadem ad populum s. egi*), XIV, 32, T. D. III, 51, Fam. IX, 1, 2 (*ad te sc. esse*) = Att. X, 4, 8 (ubi B. e L. conj. sine causa *apud* pro *ad*); *d* ante *p* facillime excidit, ut Sest. 120, ubi in cd. arch. fuit „egit *a p. r.*", T. D. V, 65, ubi opt. R: *a portas*, al.

Ep. 5. 4. B. ex mea conj. (Em. p. 42): *conscripsi, eramque in*, nisi quod ego scripsi: *c. Eram in*, qui Furiae crederem in M esse *conscripseram in* (in margine mutatum in *dictaveram scripseram in*). Nunc, quoniam Baitero teste M habet *conscripseram que in* (in marg. correctum in *d. scripseramque in*) ego: *conscripsi. Eram[que] in.* Totum *que* delessem, ut non modo a Ciceronis usu abhorrens (v. Em. p. 43), sed ne aptum quidem, si, unde natum esset, mihi constaret; potest tamen aberrando ad sq. *die* additum esse *que* (q = d), etsi sua etiam sponte librarii interdum *que* addunt. Ceterum de „*hanc ep.*" non solum ad sqq. (4), sed etiam ad 1—3 relato cf. ann. ad 3, 7, Att. IV, 4, 5, a.

Ep. 6. 1. Vulgo: *praesenti sermoni.* Miror neminem vidisse scribendum *praesentiS Sermoni*, ɔ: tuo praesentis mecum s., cf. Lael. 3; nam *praesens sermo* Latine nihil esse potest nisi *praesentis temporis s.*, ɔ: qui *nunc* habetur (*tum* habebatur). — **2.** Vulgo: *illud scilicet, coenabis, quum veneris.* Ego: *i. s.* (sc. facies): *c.* *, *q. v.* Excidit ante *cum* vel *mecum* vel potius (v. lexx.) *apud me* (*a. nos*), quod (ut Fam. IX, 23) audire minime licet; cf. Att. IV, 12, II, 2, 3, alia multa. Ut *coenaret* (ipse apud *se*), Quintum rogare plus quam ridiculum fuisset.

Ep. 8. 2. Vulgo: *coniecissem, non . . corrui. Hunc.* Ego: *c. — non . . c. —, h.*; sententia enim Ciceronis, verbis „Marium . . coni." post parenthesin „non . . corrui" alio modo repetitis („hunc . . sustul."), in *nolui* denique concluditur: „M . . conj., ut . . atting., si homo infirmus in v . . quidem invitandus fuisset". Cf. de *hunc, ut dico* 4, 5. — Ibidem vulgo: *octophoro Aniciano.* Primum Cicero fortasse scripsit *octaphoro*, ut apud Martialem (VI, 84) ex codd. scribitur; in M enim est *ottaforo*; cf. Graeca illa ὀκτάπους = ὀκτώπους, al. Deinde probabilis mihi videtur Schelleri conj.: *Aniciana*; nam Cicero quidem Verr. V, 27 plene: „*lectica* octophoro", h. autem loco, quoniam

praecedit *lecticam*, verisimilius est *octoph.* adiectivum (ὀκτώφορος) audito *lectica* esse quam subst. (τὸ ὀκτώφορον). — **3.** B.: *possimus. Hab . . † araysira. Marius.* Ego: *p. — h . . † araxira* (sic ed. Crat.) —, *M.*; sententia enim haec est: Apud Anicium, videbimus, si Marius tecum ad me venerit, ut paratum sit domicilium; nam, quum nos ita philologi simus, ut . . possimus (quam ph . . † arax.), Marius . . imbecillior est, quam ut salva valetudine id facere possit.

Ep. 10. 2. Vulgo: *futurum, eumque*, quasi vero sqq. arte cum *videt . . futurum* cohaereant, ut *eum* sit *Appium* (eundem, qui „videt"), ac non ad novum quiddam per *que* transeatur, ut *eum* sit „Commagenum". Ego: *f. Eumque*; cf. Fam. XV, 13, 3, R. P. II, 25 (ubi ego: *tulit. Hominesque*) et 27, T. D. II, 62, IV, 13 et 41 (ubi ego: *ins. Omninoque*), Partt. Oratt. 27, ubi ego sic distinxi: *distr. est. Duobusque*, vulgo: *d. e., d.*, prave cum tota prima divisione („suas . . communes") coniuncta secundae („in r. *commodis* . . in r. a. *incommodis*") priore parte, idemque pro *commoDIS DIScernitur*, quoniam *discernere* Latine ita non dicitur, scripsi *c. cernitur*, cf. 76, 78, 88, Madv. ad Fin. III, 73. — Deinde fortasse post *extorsI* excidit *eI*; in tertio quidem membro certe *eius* sequitur, quod ante „quam *erat adeptus* C. c." abesse potius potuit. An Cicero scripsit: *quod Eius erat, positum?* de *situ* enim oppiduli proprie dicendum fuit *est*, non *erat*; nec cum Sch., qui sic distinxit: *erat, p.*, audire *eius* licet. — **5.** Vulgo perverse: *singularis. L . . iungentur; reliqua*; an vero „litt . . iung." sqq. verbis „rel . . praebebis" est oppositum? *Litterae* ad id, quod Quintus exspectabat (sc. de legatione in Gallia), sunt *Caesaris* (cf. 4 et 5 „misi . . litteras", sc. de te Caesari legando), quas Cicero ait eodem fere tempore ad Q. perlatum iri, quo is rure Romam rediret; *reliqua singulorum dierum*, quae *Cicero* se pollicetur scripturum, sunt ea, quae (in senatu) reliquis m. Februarii diebus singulis acta erunt, cf. de eadem re 9, 2 „*reliquis* (post eum, quo Cicero eam ep. scripsit) *diebus* . . scribam c. aliquid". Ego igitur sic: *sing.; l . . iung. Rel.*: ita recte *omnium nuntiis* de *Caesaris* amore erga Cicerones singulari (per *quidem*) opponuntur *ipsius Caesaris* litterae ad id, quod Q. exspectabat.

Ep. 12. 1. B.: *scribimus; adgrediemur* (vulgo peius etiam: *s. A.*), quasi vero, „si bene esset opera posita", Cicero fuerit alia aggressurus: certe sic distinguendum fuit: *s., a.*; sed, quoniam asyndeton h. l. iusto durius est, ego ante *ADGr.* (sic M) addidi *Atque* (ADQ; q = g). — **2.** Vulgo ex M2: *et adiung . . et q. non alienandis.* Ego, quoniam in M1, RI est *et a . . et in q. n. a.*, scripsi: *et in a. et in q. n. a.*; multo enim verisimilius est excidisse in M1 priore loco *in* quam posteriore esse — nescio cur aut unde — additum. Ceterum per se utrumque recte dicitur: „mandata alicuius persequi *in* (bei, in Beziehung auf) re aliqua facienda" et „m. a. p. re a. f.; cf. 4, 1, ubi fortasse ex bono cod. Land. et I. scribendum est: *naM IN defendendo.* — Deinde B: *saepissime et*, quasi *inspiciam* sit fut. ind., cum sq. *profitebor* per *et* copulatum, ac non praes. conj., ex *ut* pendens ac per *sed* praecedenti „videam *scilicet* q." oppositum. Ego cum Madv. (ad Fin. V, 3): *saep,, et*, vel

potius: *s.; et* (quo magis appareat „nisi . . *prof.*" cum „max . . curae *erit*" esse iungendum. — **3.** B. ex sua conj.: *et per se necessarium.* Ego nunc: *et † pernec.*, incertus, exciderítne, ut ego olim (Em. p. 6) conieceram, *PERsEIpSVM* ante *PERnEcesSarIVM* (cf. Fam. XIII, 60, 1, X, 3, 1, al.) an *PER sE* ante *PERnE* (cf. Fam. III, 8, 9) an sE inter *per* et *nE.* Ne quis mihi obiiciat, *PERnec.* nimium quiddam de *M. Orfio* esse videri, conferri volo Fam. XIII, 14, 1; 65, 2; 69, 1; 12, 1 (= 11, 3), al.; et Orfius quidem fuit ex *Atellano* municipio, Ciceroni „*necessitudine* coniunctISSIMO" (Fam. XIII, 7, 5 et 1).

Ep. 13. 1. B. ex Or. conj.: *incredibiliter me del.* Fortasse *me* non inter *tEr* et *dE* excidit, sed supra inter *vero* et *Eius*, cf. 12, 1 „Ego *me* . . oblectabam", al. — **2.** B. ex MR: *Ego v. ardenti quidem studio, ac fortasse efficiam*, audito sive „omnia mea studia in c. u. conferam" sive in eandem sententiam *faciam*; sed suo iure Sch. vehementer dubitat, dixeritne Cicero: „a. *studio studia* in al. conferre"; quare, si *ac* verum est, post *studio* excidit *contendam* (cf. Off. III, 6) vel *connitar* simileve aliquid. Ego tamen in eo acquievi, quod ex 2 Pall. (de perbono Pal. 4 cf. 2, 3). I., C. (ɔ: fortasse c.) vulgo legebatur: *st. hoc f. eff.* Rectum est *hoc* . ., *quod* (pro *id* . ., *quod* vel *quod*) de notissima re eoque ipso quasi *praesenti*; ita etiam „*ard. st.* eff." et „viatoribus, *quum properant*, evenit" (= viatores *properando efficiunt*) et „*properando* . . velint" et „*cursu* corr. tard." optime inter se respondent. Nec mirum, si ex *hoc* (oc) factum est *ac*, quod cum *hac* persaepe, ut 15, 5, confunditur. Sed scripsi: *E. v. ard. [quidem] st.*; quid est enim h. l. *quidem*? videtur ex superiore versu repetitum; nam ne *quodam* quidem mihi satisfacit. — Deinde B: *velint, sic.* Ego, ut vulgo: *v.: sic.* Potuit Cicero breviter scribere: „efficiam, quod . . evenit: cursu corrigam t.": nunc, per frequentissimam illam epexegesin (de qua cf. Madvig. ad Fin. I, 7) interposito *ut* . . *velint*, plenius et explicatius scripsit: „sic (sc. ut viatores) ego, q . . diu te (sic ego, ut *te . . exc.* cum *ind. diu* iungatur; B ambigue: *d., te*) . . exc., c. corr. t." — Infra B. ex Or. conj.: *quoniam tu scribis p. ab eo probari.* Ego ex MR: *q. † ut s. . . pr.*; nam *ut* utrum ex *tu* (quod addi tamen necesse non fuit) natum sit aut ex praecedenti M repetitum (M — VT, *m* — *ut*; I om. *ut*), an vero fuerit „q., *ut* s., p . . *probatur*", incertum mihi videtur; de *tur* (t^s) et *ri* (') confusis cf. T. D. V, 32, ubi opt. Reg., Gud. 1, Pith., alii *probaRE* pro *probaTVR.* — **3.** Vulgo: *facere: etiam.* Durius, praesertim in parenthesi, hoc asyndeton esse videtur: excidit, puto, post *facerE* sive *atquE* sive *qui.*

Ep. 14. 1. Vulgo: *Calamo et atramento temperato, charta etiam dentata.* Miror neminem vidisse post *calaMO* excidisse *boNO*: vel aequabilitas trium membrorum postulat, ut *calamo* quoque suum habeat adiectivum; audire enim *temp.* non licet, quid enim esset „*temp.* calamus"? Cf. sqq. „ut, q. *calamus* in m. m. v., eo sic utar tanquam *bono*". — **2.** B: *† utrum voles ut dixerimus ad exp. commorere.* Ego: *u. † v. . . comm.* De Ciceronis sententia (de qua vid. Sch.) Man. verum vidit, quum *an* ante *ad* addi voluit, et Sch., quum

scripsit: *utrum huc ADvoles, ut dixerIS, AN ad exp . . c.;* nam ex iis, quae sequuntur, „Si . . *sciscitarere* . . re (sc. in qua *sciscitaris*, quid ego te facere velim) h. p. *quaeris* —“, hoc satis intelligitur, verbis illis „id est . . . commorere“ quasi propositum fuisse id, de quo ut Marcus ad se, utrum se mallet facere, fraterne rescriberet, Quintus scripserat, non iam, ut Or. putabat, significatam esse Marci sententiam, quae § 3 demum, postquam § 2 exposuit, qualis proximus annus esset futurus (in qua quaestione posita erat Quinti sciscitatio), illis: „Quare . . tuorum“ significatur, scilicet malle Marcum Quintum apud Caesarem usque ad sq. annum manere, quam ad id eius anni, qui tum erat, tempus, quod Q. dixisset, Romam reverti; cf. III, 1, 9 „Quod tibi (sc. ut ad hanc ipsam ep., II, 14, Quintus rescripserat) *mea permissio mansionis* tuae grata est“ et 17 „tuam *remansionem* . . probo“. Ex illis autem ipsis: *Quare* cett. apparet in *utrum v. ut dix.* latere prius interrogationis ex *id est* pendentis membrum, in *ad . . comm.* posterius inesse. Certum est igitur Ciceronem, sicut et solet et necesse fuit, scripsisse *ADvoles*: cum Sch. addere *huc* nihil opus est, cf. Att. II, 15, 2; 18, 4; 20, 5, al. Ex *dixerIS, AN* facile potuit fieri *dixeriMVS*, nec illud negaverim, quaestionem Quinti: „Utrum advolem, ut *dixi*, an ad . . c.?“ pendenti oratione licuisse sic reddere: „u. a., ut *dixeris*, an . . c.“ (cf. Att. XIV, 13, 5, X, 4, 11): ego tamen ex *dixerIMVS* malui facere *dixerAS,AN*, ut extra pendentem orationem Cicero de suo addiderit *ut dixeras*; cf. de eadem re 3 „te ad id t. venire, quod *dixeras* (sc. ante discessum tuum)“. Kayseri conj. („u. adv., ut *dixeramus*“) facillima illa quidem est, sed persona verbi *dix.* prava. — **2.** Vulgo: *plane aut tranquillum aut certe munitissimum.* Quid est *plane munitISSIMVM*? dicendum certe fuit *pl. munitum.* Ego: *aut pl. tr. a. c. m.*; sic enim recte inter se respondent *plane* (ɔ: omnino, ganz) *tr.* et *certe* (ɔ: saltem) *mun.* De archetypi cd. transpositionibus cf. Em. p. 37—49, I, 1, 38, II, 1, 1, al. Loci illi, ubi *plane* est cum affirmatione respondentis (Freund. B, 2), comicorum sunt (Plaut. Truc. II, 7, 57 affirmatio inest in *istuc est* — = „hoc, quod tu dicis, ita est“ —, non in *plane*, quod ibi quoque est = *omnino*), et tamen a nostro loco, ubi Q. quaerit, *cuiusmodi* sc. annum exspectet, abhorret aiens illud *plane* (ja ganz), quod recte est Ter. Ph. V, 2, 3 „*Nonne* . . inj.? *Planissime*“. — Deinde, ubi B: *nec † laborant, quod mea conſcientia copiarum nostrarum, quod Caesaris . . tenemus. Haec me, ut confidam, faciunt*, ego: *nec † l. quod mea confidentia c. n.: quod . . t., haec* (recte *haec* de duabus confidentiae causis: „quod C. gr. t.“ et „quod P. gr. t.“) . . *fac.* Ciceronem scripsisse non *conſcientia*, sed *confid.* (cf. III, 1, 2, ubi M *ſese* pro *fere*, al.), vel sq. *confidam* docet. Dixerat Cicero sq. annum se „certe munitissimum“ (sc. „copiis suis Quintique“) exspectare; quid apertius quam eundem *confidentem* illam affirmationem per *nec . . . faciunt*“ addidisse, Quinto non laborandum (ɔ: verendum) esse, ne frater copiis suis nimis *confideret.* In hanc sententiam *conscientia* (Bewußtſein) *c. n.* parum esset, poterat enim esse = c. *infirmitatis* nostrae (cf. Liv. VIII,

4, 9, III, 60, 6, Quintil. I, 2, 10): *confid. c. n.* autem est = „consc. *magnarum* c. n.“ Vides iam, cur et „haec . . fac.“ artissime cum „quod . . tenemus“ sit iungendum et hoc a *nec . . cop. n.* interpungendo diiungendum, quocum si Cicero id iungere vellet, non tam ambigue (laborandine an non laborandi causa afferretur) *quod* scripsisset, sed *qui* aut certe *quoniam.* Verum vidit Or., in *laborant* latere *laborandum*: in hac enim ep. corruptissima (et quidem maxime, ut opinor, propterea quod hic illic evanidae archetypi litterae fuerunt) ex *laborandū*, praesertim post *declaRANT*, facile potuit fieri *laboRANT*, pronunciando, ut persaepe, *d* et *t.* confusis (cf. Fam. III, 12, 4, ubi M: *decedendi* pro *decedenti*, ann. ad 4, 5, al.); ego tamen puto *laborant-quod* esse natum ex „laborandū *de*“, confusis *d* et *q* et ex *de* facto *od* sive ob praec. *quod — quod* sive ob sq. *quod — quod* et addito *t* ob *declaranT*; cf. Att. XI, 12, 3 „m. m. *est nobis laborandum* (ɔ: verendum) *de* Africa“, Fam. IX, 3, 1 *laborandum est, ne*, al. Mihi igitur Cicero videtur scripsisse sive: *nec est tibi laborandum de* mea confid.“ sive: *n. t. laborandumst de m. c.*; nam nec *est* nec *tibi* facile licet h. l. audire. — **3.** B. ex MRI: *magis † etiam illa etiam magni aestumo* (M1 *magnia estumo*, I *magna aestimo*) *me ἀ. i. t. et explicationem*, nisi quod, ut ego olim, cum Sch. ex *exspEcTationem* fecit *expLIcationem* (vid. lexx.). Ego, ut olim (Em. p. 6): *m.* *** *i. e. m. aest., ἀ. i. t. et expl.*, quum suspicarer excidisse *pertinere* vel *interesse ad nostram dignitatem* (coll. de eadem re 13, 1, III, 8, 1 et 6, 3, de verbis Fam. X, 3, 4, V, 12, 2, XVI, 1, 1, al.), prius illud *etiam* ex sqq. esse petitum (an in *etiam* latet *atem* ex *dignitatem* reliquum?), *Me* ex *aestuMO* geminando natum (ut supra M1 *Si Suavit.* pro *suav.*, § 1 *res scribam* pro *rescribam*). Sic recte duae causae ponuntur, cur Cicero commorari apud Caesarem fratrem maluerit: una, quod Quintum ita *dignitati* fratrum in posterum *communi* magis consulere putaret, altera, quod ipse *illa* quoque (duo) magni aestimaret, quae diuturniore fratris apud Caesarem commoratione adiuvari poterant (v. Sch.): *ἀ.* fratris (de qua cf. 4, 3) et explicationem debitorum. — **4.** B.: *triente, coitione Memmii, † est quo cum Domitio, hanc Scaurus unum vincere. M. fl.* Ego: *tr. Coitione † Memmii* (M: *memini*, superscr.: „al. *Memmi*“) *e. q. c. D.: hanc S. u. v.; M. fl.* Neque enim sola Memmii et Domitii cum consulibus coitione (de qua v. Att. IV, 15 — sine dubio eodem die scriptam —, 7), qua pactum erat, „uti ambo HS quadringena (sic ego ex Man. conj. pro *quadragena*, quae summa iusto minor est) consulibus darent“ (Att. IV, 17, 2), fenus tantum factum erat, sed omnium, qui tum erant, candidatorum ambitu, cf. Att. IV, 15, 7 („*pecunia omnium* dign exaequat“), quo item loco separatum a ceteris legitur illud· „Fenus . . bessibus“. Ex eodem loco tantum intellexi, Ciceronem in hanc fere sententiam scripsisse: *Coitione MemmiVS* IVNCTVS (sc. a coss.) *est* (vel *est coniunctus*) *cum D.* (Att. l. c. „*Cum Memmio Domitium* consules *iunxerunt*: qua *pactione* — = „*coitione*“ —, ep. c. non audeo“; cf. IV, 17, 2 „Memmius *dirempta coitione* i. C. pl. refrixerat“): *hanc* (sc. coitionem) *Scaurus*

(cui Pompeius studebat, cf. Att. IV, 15, 7) *unuS vincere POTEST* (ut cum altero utro consul fiat); (nam) *Messala* (quidem, „cui coitio consulum et Pompeius oberant", cf. Att. l. c.) *flaccet* (= *languet* Att. l. c.). *Quo* in M ex sq. *cum* cum *quō*, ut fit, confuso nasci potuit: an in *QVO* latet *CŌiunctus*? Ante *VINcere* ex *unuS* fieri facile potuit *unuM*, et post *vincerE* excidere *potĒ* (ɔ: potest). — Infra § 4 mire vulgo: *constituunt*; nec enim, quid *tum* constituerent candidati, sed, quid *iam* constituissent, Cicero scribere potuit, nec vero historico, quod dicitur, praesenti hic inter vera illa praesentia (*redit* — *flaccet* — *ardet*) loci quidquam est. Requiritur necessario perfectum, *constituerunt*, ut ego olim ex mea conj. scripsi (et nunc in R esse vidi), sicut supra est *fuit* — *fuit* et infra *compromiserunt*. Excidit scilicet, ut sexcenties, nota *er* syllabae (ˢ), cf. Em. p. 99, n., Krit. B. til T. f. Caelius p. 15 sqq., Att. X, 11, 5 (ego ex mea conj. *accepit* pro *acceperit*), II, 1, 5 (ubi ego olim, ut nunc B, ex Or. conj. *debuerit* pro *debuit*), IX, 4, 3 (ubi ego ex ed. Iens., Ox. Q., ed. Crat. ɔ: cod. Cr., ed. L. ɔ: Z: *ambulavit* pro *ambulaverit*), al.

Ep. 15. 1. Vulgo: *aut etiam a propensis*. Ego: *a. e. pr.*, deleto *a*, quod ex *etiĀ* puto esse natum. Cicero certe scripsisset: „ab a. vero *atque* a pr.", omisso *etiam*; nec enim illud dicere potuit, operam se dare, ut ab alteris utris, ab aequis „*aut*" (si non ab aequis) a pr. in h. p., amaretur: ne „atque *etiam* (jògar) a pr." dici potuit, quod ita diceretur, quasi difficilius esset a propensis amari quam ab aequis. Cum nostro loco cf. Divin. II, 55 „in multas ac *diversas aut etiam contrarias* partes", al.

Liber III.

Ep. 1. 4. Vulgo: *est, et mutabitur, et*. Ego: *est* — *id* (*id* Or. conj.) *mutabitur* —, *et*: sic recte et per parenthesin inter duo illius viae partis („CL passuum") vitia id interponitur, quod de priore emendando dicitur (non, ut in vulg. scriptura, cum utroque per *et* — *et* copulatur) et in „*id* m." auditur „*quod* pulvis . . inj. est" (non, ut in vulg. par est, *pulvis*). De *id* et *et* confusis cf. ann. ad I, 2, 10. — Infra vulgo cum R: † *Veluinus ante s. f. prope munierat*. Ego: † *Veluinum* (sic c.; M, 1 Oxon., I: *vel uinum*) *a. s. f. probe m.* Vidit Sch. in *velvinum* latere *Varro*; ut enim praecedit „neque per *Locustae* neque per *Varronis* (in MRI *per* sive *p* inter *que* sive *q.* et *uaR* facillime excidit, ut Att. V, 14, 1 Z post *que* omisit *prae* sive *p̄*) velles d.", ita h. l., *eorum* quid *uterque* fecisset, dicendum necessario fuit. Ego tamen, quoniam ex *uarro* fieri *veluinum* vix ac ne vix quidem potuit, suspicor in eo simul latere nomen eius rei, quam V. „a. s. f. pr. munierat"; nam *ante* adverbii loco positum esse, ut obiectum *mun.* verbi esset *fundum*, non potest, quid esset enim „fundum munire . . non attingere"? Ut opinor, ex *uaro uiam* aberrando ad praec. *VELles* et sq. *suVM fuNdVm* factum est *vELuiṄVM* (cf. ad 3 et 9);

de sententia Ciceronis vid. Man. (qui ex superioribus audiebat „eam viae partem"). *Prope mun.* quoniam vix potest esse, quod voluit Man.: „munitionem viae *paene perfecerat*", ego ex Ern. conj. pro *p* scripsi *b*; cf. ann. ad Caelianam p. 28 (R. Am. 142, ubi Madvig. rectissime conj.: *probe n̄ovit* pro *prope nō novit*) Att. X, 4, 3 (M *suplebat*, ɔ: *sublevabat*), XV, 1, B, 1 (ed. arch. *pene*, ɔ: *bene*), V, 21, 4 (ego ex L. conj.: *Camulae lib.*, ɔ: C. liberto, pro *C.*, *ip̄e*, ɔ: *C. ipse*), al. — **9.** Vulgo cum R: *quin abs te*, M1, J: *qui nos te*, M2: *qui non te*, unde ego feci *qui non abs te*; facilius enim excidit *ab*, quam ex *quinAbs* factum est *quinOs*. — **11.** Vulgo male: *Alterum est de C. Marii oratione. Quod scribis, miror, tibi* (B. peius etiam: *o.: q. s. m. t.*). In vulg. distinctione *q. scr.* plane abundat, et *miror* post *rescribere* demum Cicero posuisset. Ego: „*A. est* (sc. *id*), *de* . . *or. quod scribis. Miror.* Recte ante *quod* positum est *de* . . *or.*, ut quod superiori *de Cl. ad C. litteris* opponatur, cf. ann. ad 4, 6. — Infra vulgo ex c., Land., 2 Mal., 2 Ambr., marg. M: *quod institueram*. Ego (Em. p. 44) ex ipso M: † *composueram*, quum suspicarer fuisse *EXoRsuS eram* aut *ex parte composueram* aut *compoNERE INsTITueram*. Quod in margine M ascriptum est, *inst.*, ex codice aliquo Cratandrini simillimo, non ex ipso Medicei archetypo, desumptum esse videtur. — **12.** B. ex M., Land., ψ, Ambr. 16: *Quod ais . . f., id mihi pergratum p. iucundum.* Et ego olim delevissem *est* (ab R. post *iuc.* additum), nisi h. l. *id* esset (cf. 16 „Quod scribis . ., *id* falsum *est*", alia multa); nam in epp. ad Att. saepius sine *est* scribitur: *Quod* . . ., *gratum*, cf. Q. F. II, 6, 1, al. Nunc suspicor excidisse potius *ERit* ante *pERque* (J. *erit* post *iuc.* addidit), quam *st* post *iuc.*, quia *quod* non est: daß, sed, ut 16: was das betrifft, daß, ita autem *erit* (sc. quum fiet) multo aptius est quam *est*. — **13.** Vulgo: *Erigonam, quam . . sit. Et.* Ego: *E.* — *q . . sit* —, *et*: sic recte duo illa, quae Cicero excipiebat („Erigonam, ɔ: quod de E. tua scribis" et „*de* eo, quem . . Caesarem") per *et* copulantur atque ad alterum respondetur illis verbis: *quam . . sit*, ad alterum his: „ego vero . . ."; cf. Att. XIII, 7, 1, ubi ego olim, ut nunc B., sic distinxi: „*venisse . . litteras* . . sumpt. — est . . susp.; sed . . persequi —, *et Lentulum . . fecisse* d." Ceterum mirum est neminem vidisse ante *PrAEtErii* excidisse *PAEnE* (ut Att. I, 13, 2 in M1 ante *Principis*); cf. de „quod *paene* praeterii" 2, 3, Att. VI, 3, 5 (ubi ad duo illa, 1) de successione provinciae — § 1 „*primum* illud . . gubernabit" — et 2) de urbanis rebus — § 4 —, tertium eorum, quae Cicero erat scripturus, laxius per *Et* annectitur: „Et, *quod paene praeterii*, *Bruti* . . omnia".), V, 4, 4 „Habes ad *omnia*: etsi *paene praeterii chartam* t. deesse", Fam. VIII, 14, 4, al. Sine *paene* recte est *quod pr.* Att. XII, 7, ubi Cicero, quum § 1 scripsisset: „*omnia*, q. A. d., iam in *codicillis* E. d. scripsisse", § 2 est: „De Balbo et in *codicillis scripseram* . . tr., et, *quod praeterii* (ɔ: non *paene*, sed *totum* in *cod.* illis *pr.*), D. e. m." (cf. Plaut. Merc. II, 3, 68): nostro vero loco, quum Cicero scripsit: „In ea *nihil* . . *praeter* E.", non (totum), „praeteriit" hoc, quod „de eo,

quem . . Caes.“ scripturus erat (sequitur enim, quod ad illud de E. a fratre scriptum respondet), sed, ut fit, post interiectam illam parenthesin „paene praeteriit“ alteram exceptionem. — **14.** Vulgo: *tectum quod . . fast., id.* Ego: *t., q . . f.: id*; nam correlatio illa (*id* tectum, *quod*) minime apta est. — Deinde vulgo: *quoniam ing. e. nosti, studium ego video.* Fuitne: „q. *tu* i. e. n., s. *ego* v.“? — **17.** B. ex mea conj. (Em. p. 118): *a. d XI. Kal. vicesimo die.* Ego nunc ex MRI: *a. d. XI. Kal. † septembr. v. d.*, suspicatus in *septembr.* latere *septimo et*; ut enim omittam XX (vel XIX) dierum numerum per se nimis parvum videri (cf. 13, ubi de eodem itinere est XXXIII vel XXXII d., et 25, ubi est XXVII vel XXVI.), Caesar non potest has litteras *eodem* die (id est enim „vicesim die“ ante eum, qui erat „a. d. XI. Kal. Oct.“, ɔ: diem XX Sept.) dedisse, quo alteras illas, de quibus Cicero § 25 scribit, quas aliquanto post has esse datas facile intelligitur. De nota *sept.* (septimo) cum *sept.* (Septembr.) confusa cf. 15, ubi M: *Titius* pro *Ti.* ɔ: *Tiberius*, alia multa. — **21.** B.: *quod, si . . inciderit, m. f. sit*: quasi Cicero illud dicat, „*id ipsum, quod scribat*, m. ferendum esse, si . . inciderit“, ac non hoc: „se nihil f. *eiusmodi* scribere, ut m. fer. sit (sc. id in a. n. incidisse), si . . inciderit“; cf. Madv. Gr. § 445. Vulgo recte: *quod si i, m. f. s.* Scilicet subiectum verbi *f. sit* non est *quod*, sed totum illud „si . . inc.“; cf. *miror, si*, alia multa. — **23.** Vulgo: *eius; quemadmodum c., quasi —. Sed*, quasi Cicero post „recordari *de . . de*“ dicere „totVM . . animVM eius“ (sc. *rec.*) pro „*de* toto . . animo e.“ potuerit, aut aposiopesis, quae a Quinto intelligi posset, post *quasi* fuisse ulla possit. Ego, ut Sch.: *e., q. c., quasi *. Sed.* Ex ipsis illis „*totum* . . eius“ facile intelligitur a negativa structura „*nihil* rec.“ in affirmativam factum transitum esse: quod si ita est, excidit verbum aliquod, ex quo accusativi illi penderent: Sch. suspicabatur omissum *oblitum esse*, sed ei verbo Cicero *quasi* praeponere vix potuit; ego puto fuisse: *quaSI dedidicISSE . SEd.* Rarius hoc verbum et quidem h. l. de eo, qui vultum (s., an.) alicuius, quum prius habuisset cognitum, post oblitus esset, positum si *quasi* particula (Madv. § 444, a, n. 2) quasi lenitum est, non mirum. Inter *si* et *se* quam facile exciderit *dedidicisse*, patet. Quod Sch. *q. coniicio* post *turbet* (24) audacius transponere voluit, Cicero oblitum Quintum Anicii vultus, s., an. esse coniicere ex mira fratris ratione agendi potuit, certum affirmare non potuit. — **24.** B: *introierat* (sic B ex mea conj. Em. p. 79, vulgo ex M: *introierit*) *et hodie.* Sed, quoniam „G . . *introiERAT*“ et „hodie . . afflictus EST“ copulari per *et* vix apte potuerunt, ego nunc scripsi: *intr.: [et] h.* De *eT* ex *aT* repetito cf. XVI, 4, 3 et 4, al.

Ep. 2. 2. Vulgo: *in urbem, hostium plane, invas.* Ita Cicero scribere non potuit in hanc sententiam: „in u. eorum, qui (ei) plane hostes erant“: scripsisset: *in u. p. hostilem i.* Latet in *hostium* significatio, non qualis urbs Roma fuerit, sed quemadmodum G. in u. R. invaserit, qui *subito noctu* in eam introierit. Or. I coniecit: *hostili modo pl.*: at primum dicendum fuit *h. pl. m.*; deinde *h. modo* Ciceronis vix est: dicit semel *hostiliter* (Phil. X, 25), saepius (ut Liv. I, 5) *hostilem in modum* (Rab. Perd. 24, de Prov. C. 5, Verr. V, 73), ut alibi *servilem, hilarem, mirum* (§ 3), *incredibilem, miserandum, maiorem in m.*, al. (nunquam *servili . . modo*, Liv. XXXIX, 26 *servorum modo*). Quare ego: *in u. † hostium pl. i.*, quum suspicarer, ante *INVas.* quum facillime excidisset *IN ModuM*, ex *hostiLEm* sive errore (fortasse ad sq. *hostium* aberrando) sive corrigendo esse factum *hostiVm*; cf. Att. V, 13, 1, ubi idem M post *mirabileM* omisit *in moduM*, Fam. XVI, 18, 1, ubi inter *tameN* et *IN Modum* excidit vel *Mirum* vel *INcredibilem.* — Infra vulgo ex RI: *hostium numero.* Ego ex M: *† hostiarum n.*; nec enim credibile est ex *hostium* factum esse *hostiARum* nec nudum illud *hostium* (ɔ: omnium omnino h., quibuscum pugnasset) aptum videtur (cf. Man.). Fuit: *hostiVM occisoRVM* (vel *h. caesorum*). — Deinde B. ex Man. conj.: *actus, quum.* Ego ex M1: *† atius et q.*; nam certa conj. illa non est, etsi *et* ex sq. *et me* anticipari potuit; sed primum vide, ne *actus et q.* (sic Vict.) ferri possit; cf. Obss. in Sestian. p. 64 de inaequalibus duabus partibus per *et* copulatis, in primis Sest. 134, Mur. 52 „His rebus *commotus et quod* . . sciebam“; adde Fam. II, 9, 2 „*contemplans et quasi* . . loquerer“, IV, 6, 1 (= Phil. XI, 17), III, 12, 4, XII, 14, 6, IX, 20, 3 *lente ac r. habita*, XI, 11, 1, X, 5, 3, VII, 10, 3, Att. XIV, 13, 2, ubi ego ex M: „conf.: res 1) odiosa et 2) aliena n. aet. *et* 3) incerto exitu belli“, ut *res .. b.* appositum ad sententiam illam „ut . . conf.“ sit, *inc. ex. b.* vero ablativus qualitatis (cf. Phil. VIII, 43, II, 101; Or. male volebat deleri *et*, B peius etiam ex Klotzii conj.: „*est* i. e. belli), X, 3, XII, 19, 1, V, 2, 2, XII, 41, 3 *amore et victus*, VII, 3, 1, IV, 13, 1, Phil. V, 10, VIII, 13, III, 30, al.; quare B certe debuit scribere: *actus [, et] quum*; sed vide, ne in *atiuset* lateat *agitatus* vel potius *exagitatus* (de *ex* et *et* cf. ann. ad Fam. XIV, 9), nam simplex *actus* a Cicerone ita non ponitur, quamobrem ne Klotzii quidem conj. (*actus est et, quum*) mihi probatur.

Ep. 3. 1. Ego, ut vulgo: *manibus: † sed tua ad perfectum iam res rustica Arcani et Laterii.* Fortasse fuit: „m., *et* tua (vel: m., tua) *perfecta* iam r. r. A. et L.“ (ɔ: quae aedificationes aliaque opera rustica in A. et in L. fieri voluisti, cf. I § 1, 4—6: „Habes f. de *rebus rusticis: urbanam expolitionem* . .“). De *sed* (set) pro *et* post *s* scripto aut inter *s* et *t* addito et de *ad* inter *a* et *p* (d = p) adiecto et de *TVM* ante *IAM* pro *TA* scripto cf., quae M deinceps habet: *PraetereA Ad ea qua* et *sollicitaT Tangitque*, § 3 *illVM* ante *IN* pro *illE*, 1, 23 *DE SE DE Epistolis* pro *de ep.*, Fam. X, 20, 2 *syllaE Filio* (E ex F petito) et 3 *errareM iD Plance* ɔ: *errare mi P. Sed* ferri vix potest: oportebat esse *tua autem* vel *tua vero.* An fuit: „m, tua *paene perfecta.* Iam res rusticas A. et L., praeterea“ (cf. Man. et Sch.)? — **4.** Vulgo: *summo studio est Paeonii.* Dubitare licet, potueritne Cicero sic dicere in illam sententiam: studiosissimus est *discendi* a P.“ (cf. 1, 14) aut in hanc: sum̃mo st. *docetur* a P.“ Lambini tamen conj. (*s. s. instituitur P.*) quum audacior est, tum Ci-

cero certe dixisset: *s s. i. a P.*: si quid mutandum est, facilius est scribere: *summE studioSVS est P.*, cf. Fam. IV, 3, 3 „summe o. doctrinarum studiosum fuisse". — Infra B: *videtur: in quo . . itin.: eodem . . conf. Sed . . ind.; magna.* Ego: *v., in . . itineribus — eodem . . conf.* —, *sed*; nam *quare* iungendum non solum cum *neque . . vid.*, quod consequens est illius: „Cicero . . boni", sed etiam cum *sed tamen . . asseq.*, quod huius: „sed n . . ignoras". Sed, quod maius est, § 4 ego pro *patiamur* scripsi *patimur.* De uno se Ciceronem loqui, non de se et fratre, ex toto loco facillime intelligitur (cf. etiam 1, 7); hortari autem se ipsum unum Ciceronem, ut filium Quinti patiatur suis itineribus ire, absurdum est. Atque ex iis, quae praecedunt („neque *impediri . . volo* et . . *delectari* videtur") apparet *iam tum* Ciceronem passum esse illud fieri: quare ne *patiemur* quidem satis aptum esset, recte autem inter se contraria ponuntur (*nunc*) *patimur* et „si . . *eduxerimus*, . . *inducemus*". De mendo (*pAtIAMur* post *quonIAM* pro *patIMur*) cf. 1, 19, ubi B. ex MRI male: *forAs cenaret* (quasi Germani dicant: hinaus essen pro draußen e., aut Latinus quisquam: *domum esse* pro *domi e.*), ego, ut vulgo cum ed. Minut: *foris c.*, M aberrando ad *cenARet* peccavit: *foRAs*, ut ib. 1 *concInIum*, 3 *silVIa VIrd.*, *caLibus aLebat*, *lVcVsta*, 7 *eVM mecVM h. otiosVM*, 20 *iVRARES* pro *iuVares* post *cVRARES*, 24 *exercITVS* post *redITVS*, al.

Ep. 4. 1. B ex MRI: *qui tum, illo.* De tempore absolutionis (sine dubio *eodem* die, quo haec ep. scripta est, IX Kal. Nov.) dicendum fuit, ut 3, *nunc*, non, quasi pluribus ante diebus absolutus esset G., *tum*, nec tamen opus fuit temporis significatione, nec *tum* (damals) cum absoluto perf. (*abs. sit*, fr. worden ist) satis convenit (Cicero dixisset: *a. est*, fr. wurde). Sch. audacius delevit *tum*; ego scripsi: *qui † tum, illo*, cui magis probabatur Iensonii conj. *qui tamen, i.*, quam mea *qui nunc, i.* De *tamen* persaepe sic posito, ut sequatur contrarium (h. l. *illo . . cons.* = etsi ille acc., illud consilium erat = quamvis „infans" acc. „sordidumque" c. esset), non praecedat, cf. illud haud rarum *tamen, etsi* (unde compositum *tametsi*); *tamen* (*tam* cum lineola) autem et *tum* quam saepe confundantur, notissimum est. De *nunc* non de tempore posito, sed post hypothesin illam (*Nisi . . respondisset*) de eo, quod re vera esset factum, cf. ann. ad Fam. XIII, 66, 1. De coniunctivo („causali") *abs. sit* vid. Sch. et Madv. § 366; de *respondISSET, qui . . SIT* cf. 3: *Nunc, quum . . curEM . ., . . contendEREM.* — **2.** B. ex M2: *Aiunt nonnulli, ut Sallustius* (Or. ex inepta Vict. conj.: *A. n., item S.*). Dicendum fuit aut: *A. n., in iis* (vel: *in quibus*) *S.*, aut, ut ego scripsi: *A. n., etiam S.*: nam *item* ita demum recte se haberet, si praecederet non *nonnulli*, sed nomen proprium aliquod unum plurave; *ut* vero minus apte Sallustium exempli gratia commemorari faceret, de quo § 3 dicitur: „inquit *idem* Sall.", quod idem minus conveniret in eum, qui per *item* eum „nonnullis" esset comparatus. Ex *etiam*, praesertim post *AiVnt*, fieri *autem* (sic M1; R: *S. autem*, I: *quod S.*) facile potuit, ex *ut* vix potuit. —

3. Vulgo: „*Alterutrum*", *i. i. S.*, „*defendisses*, quasi *alt.* ex *def.* penderet, ac non ex *fecisses*, quod sive ex „faciendum fuisset" sive ex „suscip. fuisse" auditur, cf. Sch. et Or. I. Ego: „*A.*", *i. i. S.*; „*def.* Fortasse tamen post *SallustiuS* aliquid excidit, ut *fecisses: aut accusasseS aut.* — **6.** B. ex mea conj. (*quum* pro *quam*, Em. p. 6) parum intellecta: *lusionis; ea re non longius, quum vellem*; ego enim sic distinxi: *l., ea re non longius q. v.*, ɔ: „quum (indem, da) ea re n. l. (proficisci quam in Tusc.) v." „*Non* l., q. v." nihil esse facile intellectu est: debebat esse: „non *tam longe*, q. v." aut „*brevius, q. v.* Ern. coniecturam *quamquam* minus convenire, vix est, qui non ipse sentiat; eandem vero illa Baiteri ratio habet sententiam. I, 1, 36 recte est: „*longior* fui, *quam* aut *vellem* aut . . fore". De *quom* et *quam* confusis cf. Fam. I, 8, 5, XIII, 76, 1, Att. III, 24, 1, II, 18, 3 (M: *quam velim*), XI, 12, 1, XIV, 17, A, 7 (M1: *quam cum* ɔ: *quom*, ubi B male ex M2: *quadam cum*), XV, 11, 2 (M: *quamquam* pro *quomque*), al. De ordine verborum cf. 5 („ego, *mihi ipsa ista* per *quem* agam, n. h."), 1, 11; 8, 1; 9, 2 et 6, Fam. III, 6, 2, IV, 1, 2, XI, 27, 1, Att. IX, 6, 1, al. — Infra scribendum est *a. d. IIII*, ut de eadem re est Att. IV, 16, 12, aut etiam illo loco *a. d. III*; verisimilius tamen excidisse I ante N quam esse additum.

Ep. 5 et 6. 1. Vulgo: *quod esset de rat. dicendi.* Mire nemo vidit, quam absurde, cur Cicero belle fecisset, quod a se quidem (ipso *oratore*) sermonem illum removisset, sed ad eos tamen (*oratores*) rettulisset, quos ipse vidisset (non ad antiquos homines), haec causa a Sallustio afferretur, quod sermo ille de *oratoria* arte esset. Ego: *qui essēt d. r. d.*: ita rectissime libri illi, quinam sint, accuratius definiuntur. De confusis saepissime relativi pronominis formis, ut per compendia scriptis (v. Freund. ad Milon. p. VIII) saepius dixi. — **4.** Vulgo: *qui vellet.* Hoc quoniam ex *angOr* pendet, ego: *qui velit*: nec mirum, si librarius post *vellem* et *amaret* (quod ex *inventum esse* suspensum recte se habet) ex *velit* fecit *velet.* De confusis sexcenties *velim* et *vellem* cf. ann. ad Sest. p. 48, Att. IV, 4, b, 1, VIII, 12, A. extr., V, 4 extr., XI, 14, 3 et 24, 2, XII, 32, 1; XV, 2 extr., X, 2, 2, Fam. VI, 13, 4, ubi M post *quid sentiREM* pro *quid velIm* scripsit *q. velLEM*, Att. IX, 1 extr., ubi M *vellim* pro *velim*, Fam. XIII, 56, ubi M *nolem* pro *nolim*, al. — **5.** Vulgo: *ut facerem, quantum omnes viderent.* Quid tandem sibi vult coniunctivus ille *viderent*? Ego: *viderunt* (sc. me fecisse, ɔ: ut „testis vehemens essem, praeterea quiescerem", cf. 9, 1; 4, 3). Scilicet M post *faceREm* facile scripsit *videREnt.* — **7.** B. ex L. conj.: *absolvisse te quum.* Ego, ut vulgo ex MRI: *a. q.* (vid. Madv. § 401). *Te*, si Cicero addidit, potius ante *Tragoedias* excidit.

Ep. 7. 1. Vulgo ex MRJ: *Romae et maxime Appia.* Ego ex M1: *R. et m. † et A.* Fortasse librarius aberrando ad *et m.* pro *in A.* (B. conj. *ex A.*, quod vix aptum est) scripsit *et A.*; offendit enim *Appia*, ɔ: ad den A. Bei, Madv. § 274. Deinde, ubi vulgo ex M2, 2 Pall, RI

est *proluvies*, ego ex M1, Pal. 1, ψ: † *luvies*, quum praeferrem Victorii correctionem (post *mirA*) lenissimam: *Aluvies*, quod, apud Ciceronem quidem, multo aptius est quam *prol.*

Ep. 8. 2. B male: *quod, si prol. sit, mol. feramus.* Ego, ut vulgo: *quod si p. s., m. f.* (sc. *id prolatum esse*); cf. ann. ad 1, 21. — **6.** Vulgo: *ei nihil tribuit et omnia Guttae.* Ego: *ei n. t., o. G.*; cf. Fam. IV, 13, 4, VIII, 8, 3, IX, 26, 4, XV, 19, 3, XVI, 12, 4, Att. XI, 17, 1, pro Cluent. 39 (ego ex AB: *cogit.*, *ex*), Phil. III, 3, VII, 20, XII, 17, Em. m. Livian. p. 66. Chiasmus hic (*ei nihil — omnia G.*) respuit *et*, asyndeton postulat. *ET* ex *tribuIT* natum est.

Ep. 9. B, ut vulgo: *consulatus: in quo*, quasi in M2 sic sit; sed M habet *c. et quo* superscripto *in*, ɔ: *c. et in quo*; pro *in* enim h. l. vix quisquam scribere *et* potuit, omisit autem M1 *in*, ut 4 in „et *in* praediis“, sic h. l. post *et.* Ego ex *et in quo* feci *eius*, *in quo* (sc. ab eo adipiscendo); durius enim audiretur *eius* (Milonis), praesertim contra posito „in *nostro*“. Ex *EIus*, omissa *us* syllabae nota (’), factum est ET; cf. 7, ubi M *ei* pro *et.* — Infra B cum RI: † *CCC.* Ego ex M: † *CCCƆ.* Fuit sine dubio: *CCCCCIƆƆƆƆƆ* aut saltem: *CCCCIƆƆƆƆ*; nam *CCCIƆƆƆ*, ut L. voluit, vix satis est de „magnificentissimis ludis apparandis“ (cf. 8, 6). In eiusmodi numeris persaepe, maxime omittendo, peccatur. — **3.** Vulgo: *valebit. Gab.* Ego: *v.; G.*; nam *G . . putatur* tertia causa est, cur Messalla „sine periculo“ consul fore dicatur. — **4.** Vulgo: *De mancipiis, quod m. p.*, quod nihil est. Ego: *De m. quod m. p.*, ɔ: Quod ad id attinet, quod de m. m. p. — **6.** Vulgo: *ne accidat.* Ego: *ne * a.*; excidit enim sine dubio in praestantissimo cd. Crat. post *nE* (quod is servavit) *ei idE* (vel *idem ei*) aut certe *Ei*, in M *ne ei ideM* post *tabellariuM* (ut § 1 *Ne* ante M, 3 *in* ante *quo* et post *uno*, 4 *in*, 6 *mi* post *quidem*). Audire *ei*, cui respondet *Erigonae tuae*, durius esset. Ceterum in M pro *ErigoNAE tuae* scriptum est *ergo nACtus*, opinor, ob praec. *ACcidat* (unde archet. confusis *d* et *p* fecit *accipiat*), ut in arch. *quod soli* pro *quoi s.* ob praec. *quod*, in M § 5 *conQVoQVam*, 8, 1 *PVTAbamus* pro *PETEb.* ob *PVTAremus*, 3 *adhibuisseM* ante *M* pro *adhibuisseT*, 4, ut in c. (ɔ: in archetypo), *deLATToris* pro *dicTAToris* ob *proLATae*, *auctVS* post *HirrVS* pro *auctOR*, 7, 2 *san LIGurasse* pro *saMICurasse* ob *LIGneolum.* — **7.** Vulgo ex L. conj.: *si . . non habeam, deturbem aed.?*, et recte quidem, si de futuro aedificandi tempore hoc dici constaret, de quo Quintus scripsisset: „si c. b. non habebis, deturbato aed.“ Ego, quoniam in MRI, Oxx. est *haberem*, scripsi: † *haberem*, quum suspicarer Ciceronem scripsisse: *haberem — deturbarem*, quod de praeterito tempore legitimum est (cf. Madv. § 350, Q. F. I, 3, 1 *Ego tibi irascerer?*, III, 4, 2, al.), si Quintus sic scripsit: *si . . habebas, deturbares* (solltest du niedergerissen haben = *deturbasses*, Madv. § 351, b, n. 4). Verisimilius etiam est excidisse notam *ar* syllabae (cf. Annot. ad T. D. p. 23 sqq.), quam pro *habeAm* scriptum sive plene sive per notam esse: *habeREm*; etsi Att.

II, 17, 2 M1 *videREtur* pro *videtur*, sed post *videREntur*, IX, 7, B, 3 M1 *habeREm* pro *habeAm*, sed post *CaesaRE Moriar . . caRos* et ante *de hac RE*, et 13, 5 cd. arch. contra *suppetAnt* pro *suppeteREnt* (cf. Fam. XII, 14, 4). — **8.** Vulgo ex M2: *querare, si scias.* Ego ex M1R: † *querere, si s.*; nam aptius puto scribi posse: *querere, si scies*, re enim vera, ut Quintus, quid Felix fecerit, sciat, Cicero facit sqq. verbis: „quas . . obsignavit“. — **8.** B ex MRIψ: *quas e. tabulas se putavit obsignare*, † *in quibus in unciis firmissimum tenes vero lapsus est, per errorem . . servi non obsignavit; quas noluit, eas obsignavit.* Ego: *quas . . obs., in quibus † in u. f. tenes, EAS vero — l. est . . servi — non obs., q. n, e. o.* Sic parenthesis illa „l. est . . servi“ rite iis, quibus debet, est interiecta. Excidit in archetypo *EaS* post *ES*, cf. ann. ad 6. De *vero* contrariam, quae est inter „*Quas* t. se *putavit obsignare*“ et *eas non obs.*, relationem gravius significante cf. *1, 1, 15*, *Divin. II, 20*, Fam. VII, 32, 2, Q. F. I, 1, 7, Mur. 45, Att. XVI, 16, 9, de R. P. I, 3, Liv. XLV, 19, 6, Sall. C. 37, 4 et 58, 16, Madv. Opp. I p. 406 et ad Fin. I, 25; de Graecorum δή cf. Matth. Gr. II p. 1209 ed. II. De *in quibus* ad prius relativum *quas t.* relato cf. Fam. II, 18, 3, VI, 8, 3, VIII, 15, 1, Phil. II. 80, T. D. IV, 17. In *in unciis* non dubito quin lateat aut *ex III unciis* (sic iam Iunii „cdd.“, sed sine *ex*, quod quum necessarium est, tum post *s* facile excidit; III cum IN sive *iii* cum *in*, praesertim post *in* confusum esse non mirum est) aut (ut voluit Or.) *ex teruncio*; cf. Att. VII, 2, 3, ubi ego ex M2, ɔ: fortasse ex meliore aliquo codice, pro *ex † libertu* scripsi *ex libra* et suspicatus sum † *tarvacus* factum esse ex *III unciis* (M2: *terunciis*) potius quam ex *teruncio*; scilicet in antiquissimo aliquo cod., ex quo arch. ductus erat, nota *lib.* (quae alibi est *libertus*) fuit et aut *III unciis* aut compendium *terunc.* vel *IIIunc.* Restat *firmissimum*, in quo videtur mihi latere vel *firmissimVM locVM* vel potius *firmissIME LOCum*: in eo testamento, quod F. proxime fecerat, Quintus certus heres ex teruncio (= *ex quadrante* Suet. Caes. 83) erat; cf. Att. XIII, 48, 1: „Caesar ex uncia (heres B. testamento factus est); sed Lepta ex *triente*, veretur autem, ne non liceat *tenere hereditatem*“. De *locum tenere* cf. Brut. 81, al. (= *obtinere l.* Fam. III, 9, 2, Phil. II, 71, al.). De huius ep. omissionibus cf. ad § 6. — **9.** B. cum Or. ex Man. conj.: *mater [Pomponia] non discedit.* Ego nunc ex MRI, Oxx.: *m. † Porcia non d.* Potuit quidem fortasse ex glossemate *Pomponia* vel transpositis litteris (cf. 7 *caNEMtum* ɔ: *caeMENtum*, 8 *deficilis* ɔ: *de Felicis*) vel prius scripto *pomia* et superscripto *pon* fieri *porcia non* (*m* = *rc*), sed haud ita verisimile est tam foede corruptum nomen *Pomponiae*, quod librarius recte scripserat 1, 7 et 19. Sine dubio ex *porcia non* faciendum est *in Porcianam* (sc. *domum*) vel *in P. domum* (sc. ex ea domo, quam Quintus cum Ciceronis habebat coniunctam, vid. Man.); cf. Att. I, 13, 6 *Autronianam domum* et 6, 1, a.

Epistola Q. Ciceronis de petitione Consulatus ad M. Fratrem.

1. 1. Vulgo: *ingenio aut usu h. aut diligentia*, quasi *dil.* tam ab *usu* differat, ut per *aut* ab usu diiungi possit. Ego: *† aut dil.*; saltem enim ex *aut* faciendum est *ac* (vel *atq.*), ut *usu ac d.* fere sit = *u. diligenti* sive *usus diligentia* (cf. 21, ubi Erf. recte *adq. an. ac voluntate*, vulgo *a. a. vel v.*); sed, quoniam interpolationes haec ep. haud paucas habet, fortasse *aut diligentia* ex *dil.* ad *usu* ascripto natum est; cf. de eadem re 3, 12 „ea, quae (sc. *tibi*) *natura* (= *ingenium*) et *studia*, quibus semper *usus* es (= *usus*), largiuntur“, et de *ingenium et usus* et de *ing. ct dil.* Fam. XIII, 16, 4 *valet ingenio, habet usum*, pro Quinctio 1, 1 *neque usu satis et ingenio parum possum* et 4 *quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam* (= *usum* § 1) *comparavi*, al. — **2.** Post *de omni ingeNIO* ego addidi *TVO*, quod h. l. audire non licet. L. *tuo* post *de* posuit; sed eam vim non habet, ut ante *o. i.* ponendum fuerit.

2. 8. B.: *scimus. Optima vero † censorum existimatione in pr.* Apparet: *Opt. v. c. e.* cum sqq. iungi non posse: eatenus Gesnerus recte sic distinxit: „*eiectum* sc., o. v. c. e.“ In pr.“; sed certe Quintus vix *o. vero* scripsisset, sed *et quidem o.* Ego: *sc. [, o. v. c. e.]; in pr.*: ascriptum in margine antiqui alicuius codicis ad *ex sen. eiectum* esse videtur „opt. v. c. e.!“, scilicet ab eo, qui illud censorum iudicium sic approbare vellet. — Paullo post B. ex T et edd. vett.: *quod, ad t. quos poneret, non habebat.* At habebat Antonius, quos ad t. poneret, duos illos „amicos“, sed obscuros homines, „Sabidium et Pantheram“. Vidit L. excidisse *alios* (sc. praeter Sab. et P.), quod ipse post *poneret* addi volebat. Ego: *quum* (sic L., sine dubio ex suis codd.; Erf. *quam* ɔ: *quom*, ut 17 *quod* pro *quam*) *alios, ad t. q. p., non haberet* (sic Erf.). *Alios*, qui Sabidio et Pantherae opponuntur, aptius ante *ad t. q. p.* ponitur, quam post. In deteriorum cdd. archetypo quum pro *quom* scriptum esset *quod* (debuit saltem scribi *quia*), ex *habeREt* factum est *habeBAt.* — **9.** Vulgo: *fuit. Nam . . praefecerat, in quibus.* Sic *quibus* perverse relatum esset ad *Gallis.* Ego: *f. — nam . . pr. —, in q.*, ut *quibus* ad *equitibus Rom.* referatur.

3, 10. B. ex Erf., T., aliis cdd., edd. vett.: *laceravit, vivo stanti* (cd. Turn. *in uno instanti*). At vix fieri potuit, ut „stanti“ collum secaretur. Ego: *l., † v. st.* Quintus scripsit aut l., *v. spirantiq.* aut, ut conj. Puteanus, *v. spiranti* aut *l. vivum* (sic Schwarz.; L. *vivum l.*), *spiranti.* - De *vivo spirantique* cf. pro Quinctio 50 *vivo videntique*, Sest. 59 *vivus (ut aiunt) et videns*, Tac. Agr. 12 *viva ac spirantia*, Cic. Milon. 90 et 91 *vivo — vivus — spirante — vivi*, al. Ex *spanti* fieri *stanti* facile potuit. Sed in *INVNOIN* (cd. Turn.)

fortasse latet illud ipsum *VIVOM* (*uiu — inun, om — oin*), aptissimeque suum utrique verbo adiectivum additum esset (*lac. vivum, spiranti sec.*), sicut pro Mil. l. c. — Infra vulgo: *ante i. i. fuerunt.* Quintus, puto, scripsit *fuerant*, relatum ad praeteritum illud tempus, *discessit*, non *fuerunt* (gewesen sind), ad praesens tum tempus relatum.

5, 17. Vulgo ex Erf.: *elaborandum est, tum ut.* Ego *tum* in Palermi cdd., T., ed. Bonon. omissum uncis inclusi, delere debui; nam per *ut tribules . . servi tui* enumerari illos, de quibus supra est „ut quisque . . domesticus“, non alios praeter eos per *tum* (dann, ferner) adiungi, facile ex § 16 intelligitur, ubi de „cognatis, affinibus, sodalibus, omnino necessariis“, ɔ: de amicis, qui proprie vocantur, iam satis dictum est; § 17 per *Deinde* transitur ad ceteros, qui „late patenti in petendo amicorum nomine“ continentur, quorum „ut quisque est intimus ac maxime *domesticus*“ (ɔ: saepissime „domum ventitat“), ita maxime „elaborandum est, ut is amet . . cupiat“: qui quinam sint, deinde per „ut tr. . . servi t.“ ita explicatur, ut proximi quique postremi positi sint. Perversum illud *tum* (*tū*), praesertim post *Deinde*, ex *esT Vt* fieri facillime potuit. — **18.** B.: *aut [ut habeant] sperent.* Ego *ut h.* totum delevi, ut in arch. cd. ex *aVT HABEANT* post *aVT* aberrando repetitum; *habere*, quod cd. Turn. pro *ut h.* habuisse traditur, imperitissimo alicui correctori debetur.

6. 26. Vulgo: *nisi aliqua.* Fortasse scribendum est ex Palermi codd.: *nisi si a.* aut potius *nisi si qui a.* (cf. 13, ubi ex Erf., Pal., Maur., L. est *nisi si qui*, dett. *n. qui*, et ann. ad 48) vel *nisi qui.*

8. 33. Pro „*Iam* equitum c.“ scripsi *Nam e. c.*: neque enim in enumerando proceditur, sed ipsum illud *multo facilius* declarat per *nam* addi quasi in praetereundo causam, cur frater, „quum . . cupidos sui constituerit, in optima spe esse debeat“. Similiter infra scripsi: *habeas, nam studia adol.* pro *h. Iam st. a.*: dicitur, cur „singulorum („adolescentulorum“) amicitiis eas (ɔ: equitum) centurias *confirmatas habeat*“. Cf. 7, ubi L. recte: *Nam P. G . .*; explicatur enim, cur dictum sit: *nemo sit, qui . . oportere.*

9. 35. *AVdieris*, quod vulgo ante *fucum* ponitur (ex cod. Turn. et Erf.), fortasse ex Palat. et Mauric. ante *AVt senseris* est transponendum, ubi facillime omissum et fortasse in margine ascriptum alieno loco addi potuit; respondent enim inter se *aud. aut sens.* et *audisse aut scire.* — **38.** Vulgo soloece: *affert . ., si . . erunt.* Ego: *afferet*; cf. § 6 „multum dign. *afferent* (ubi Erf. *afferrent*) . . pl. *proderunt*“. Persaepe confundi *feret, fert, ferret* neque mirum est et notissimum: h. quidem l. aberrari ad § 36 potuit, ubi, ut de eo, quod semper ita fieri dicatur, recte est „*affert.* magnam dignitatem“, cf. § 4 et 16 et 43 *prodest*, 7 *adiuvat.*

11. 43, ubi B: *quoad eius † consequi possis*, ego: *† q. e. c. p.*; nam sine dubio non *c. p.* corruptum est, sed *quoad eius.* Quintus, puto, in hanc sententiam scripsit: *nihil esse, quod consequi possis*; fuitne igitur: *d.: quid esse, quod c. p., si . . rogatum? Ben.?* De *quid esse?* (obliquae orationis = *quid est?* rectae or.) vid. Madv. § 405.

Ex *quid* fieri *quod* (Erf., Maur., edd. vett.), unde Pal. *quoad*, et ex *esse* obscurissimum illud *eius* potuit atque *quod* (ut persaepe *quom*) ante *COnsequi* excidere. An fuit: *dicere* (= interrogare), *quid sit, quod c. p . . .*? — **45.** Ante „*AVT* iuc. neges" excidit *AVT benigne promittas* (vel: *polliceare*). *Benigne promittit* etiam is, qui dicit: „Faciam, quod potero"; cf. 44 et, ubi de hac diiunctionis parte (quid „boni petitoris sit") accuratius exponitur, 47—49 („*benigne* respondere") et (in recapitulando) 50 „*benignum* . . existiment" et „*satisfiat* oratione omnibus".

12. 48. B: *iis* (sic edd. vett.), *qui negent, quam ei, quem* (sic Turn. — ex suo cod.?) *videant ea* (sic Ox. T., edd. vett.) *causa impeditum*: in qua scriptura quid, quaeso, est „*ea* causa"? nam idem, quod *ea ratione*, *eo modo* (ut explicat Hoffa, qui tamen *ea* correxit), esse neutiquam potest. Ego ex Erf. (de Pal. et Maur. silet Gruterus) et ex T. et edd. vett. (nisi quod hi: *iis . . iis . . ea c.*): † *his, q. n., q. hi, qui v. ea ex causa i.* Quintus scripsit: *ei, si qui neget, q. si quem v. iusta ex c. i.* aut, ut L. et Grut. (ex suis codd.?): *ei, qui neget, q. ei, quem v. iusta* (*iusta* etiam Turn. — ex suo cod.?) *c. i.* In numero Quintus cur variaret? Ex *eisi* (*eis*) factum esse sive *iis* sive *his*, ex *si* vero *hi*, non mirum, praesertim in rariore illo *is*, *si qui*. De *si qui* (= *si quis*) cf. 35 et 45. Ob „*iis*, qui" accommodando scriptum est *negeNt*, ob *his*, *qui* aberrando *hi*, *qui*. De „i. *ex* c." cf. R. P. II, 13, al. Ex *iusta* — quo quid aptius esse potest? — fieri potuit *ea*, si per compendium scriptum fuit *ĩa*, aut, ut magis credo, aberrando a *t* ad *t videanTa*, „ea *ex*" vix potuit.

13. 50. Vulgo: *esse loquantur et existiment.* Ego: *e. et l. et e.* Discrimen ipsum *loquendi* et *existimandi* postulat, ut *et* geminetur. Excidit prius *ET* facillime inter *E* et *L*.

Epistolarum ad Atticum.

Liber I.

Ep. 1. 1. Vulgo: *cogitaRamus.* Ego: *cogitaBamus.* Tum, quum Cicero haec scripsit, non cogitaverat, sed etiam cogitabat. Genere dicendi non epistolari dicendum fuit *cogitamus*, non *cogitavimus.* Infra, ubi vulgo ex J est *arbitramur*, ego ex MRq., 1 Ambr.: *arbitrabamur*; quod si verum est, ut est, vide, ne etiam ex Rac. scribendum sit: *Comp. qui certi e. videbantur, G . . Corn.*; aptius etiam est hoc: „Ii comp., qui . . videbantur, G . . C. erant" quam illud: *C., qui* (= *qui quidem*, cf. Madv. § 364, n. 2) *c. e. videantur* (sic vulgo ex MJ),

G. . . C. (sc. *sunt*); confusio formarum illarum notissima est. — **2.** Ego: *quae tum* (ZRJ; vulgo ex M *quum*) *e. abs.: sane facile eum ac libenter* (Sch.; vulgo om. *ac*) *nunc Caesari* (Sigon. conj.; *nunc ceteri* MRJ, *nunciteri* Z, *nuntiteri* margo M) *consulem* (Sigon.; *consuli* MRJ, *consili* Zb, *concili* Zl.) *accedere viderim* (J. Fr. Gron. conj.; *acciderim* MRJ, *acciderint* Zb, *acciderunt* Zl). *Tum* ɔ: „nostro (petendi) anno"; sequitur ex contrario „*nunc*". Per *ac libenter* aptissime explicatur *facile.* Ex *cesari* fieri *ceteri* facile potuit, ex *consulē* vel ex *cos.*, praesertim post *ceterI*, facillime *consulI*; ex *accedere viderim*, non mirum, si librarius, omisso *derevi* aberrando a *der* ad *der*, frequentissima confusione fecit *accIderim. Eum Caesari consulem accedere* (ɔ: C. collegam adiungi, addi) idem est, quod supra de eadem re: *Thermum fieri cum Caesare*, id quod Cicero, quum „suis rationibus maxime conducere" putaret, fieri *facile pati poterat.* De *viderim* (= passus sim) cf. Madv. § 350, b. † *q. quum e. a. s. f. l. nunc ceteri consuli acciderim* B. — **3.** B: *est de mag.* Ego (Em. p. 69): *e., de m.*

Ep. 4. 1. B.: *scribis, obieris . . c., nos . . viseris, A . . transegeris*, quasi *ob.*, *vis.*, *transegeris*, sicut *venias*, ex *censeo* pendeant et idem esse possint, quod *obeas*, *visas*, *transigas*, ac non hoc dicatur: „*si veneris* ad id tempus, quod scribis, *obieris . . tr.*" Ego: *scr.: ob. . . tr.* Deinde vulgo: *tr. Hoc me.* Ego: *tr. — hoc me . . fuit —. Nos*, ut appareat omnia haec „*hoc* . . fuit" ad illud unum *Ac. c. transegeris* esse relata. — **3.** Vulgo: *Libros tuoS conserva.* Ego: *L. t. * c.* Excidit, ut paullo post *me* (ante *meos*), sic h. l. *mihi* (*mi*) aut *nobiS* (ɔ: noli cuiquam alii nisi mihi vendere), cf. de eadem re 10, 4; 11, 3 *nobis eos* („libros tuos") . . *nobis conserva*; 7 „bibliothecam *nobis* conficere".

Ep. 5. 6. Vulgo: *habet, et te*, B.: *h.; et te.* Ego: *habet;* † *et te*; sane enim ridiculum esset cum Terentiae „articulorum doloribus" sic hoc copulare, quod Atticum diligebat salutemque ei ascribebat. Cicero scripsit: *h.: ea te* (*ea* addito, quia sequitur *et Tulliola*) aut *h.: te* (cf. 8, 1 *Apud . . volumus · mater . . diligitur; et* ex *habet* repeti facile potuit) aut *h.: et* (ſowohl) *ea te.*

Ep. 8. 2. Vulgo: *eius loci et. Eius*: cuiusnam? Ego: *e.* *** *l.* Excidit *quem* (*tu*) *non ignoras* vel *q.* (*tu*) *nosti*; cf. de eadem re 6, 2 „ornamenta *γ*. . ., quae *loci* sint *eius*, *quem tu non ignoras*", 10, 3 „si quid aliud *οἰκεῖον eius loci*, *quem non ignoras*"; nomen loci (*Academiae*) ipse Cicero posuit 4, 3 et 9.

Ep. 10. 3. Vulgo: *si quod aliud οἰκεῖον.* Ego ex mea conj. scripsi (ut iam *β*): *quid*; cf. Em. p. 54 de Att. XV, 4, 3, ubi B. ipse ex mea corr. *Ἡρακλειδεῖον aliquid*, vulgo: *Ἡ. aliquod.* — Deinde pro *reperies* Cicero mihi videtur legitimo tempore scripsisse *reppereris*: iam enim *reperta* (cf. 10, 6 *parta erunt*) esse debebant, quae *imponenda* erant; errari in iis formis quam facile potuerit, patet. — **6.** Vulgo ex Man. conj.: *agendum est*, quod cum *intelligAM* (coniunct. obliquae orationis) non convenit. Ego ex ZMRJq.: *a.* † *esset.* Scribendum est *a. sit* aut (extra or. obliquam) *intelligo* (pro *intelligā*) . .

a. est. Non desunt loci (cf. Em. p. 75), ubi *sit* et *eset* confundantur (h. l. fortasse ob superius *interESSE* aut ob sq. *adESSE*); quare non dubitavi infra pro soloeco illo (Madv. § 349, n.) „*velim* e., quasi . . missus *esses*“ ex mea conj. scribere: *v. . . m. sis*, quum praesertim post *S* addi *eS* facillime potuerit.

Ep. 11. 1. Vulgo: *putaRis* (sic MRJ, Oxx.) *id, quod . . putabis.* Ego primum ex Man. conj. scripsi *putaBIS*; eiusdem enim temporis *tollES* et *put.* non minus sunt quam sqq. *audiES* et *putaBis*, nec vero fuit, cur *putaRis* et *putaBis* non eodem tempore ponerentur. Deinde, quod maius est, pro pravissima illa distinctione, *p. id, q.* (quid est enim *tanti p. id, quod certe put.*?) ego, ut etiam Kielsenius noster: *p.* (sc. „te praesentem . . *tollere*“), *id quod* (ɔ: tanti id esse) . . *put.*, pro quo etiam dici potuit: *id quod . . certe facies.* — **2.** Vulgo: *Quod . . scriptum erat, me . . esse, scito*, quasi *Quod* pron. rel. sit et *me . . esse* per epexegesim appositum. Ego: *Quod* (Madv. § 398, b, n. 2) . . *s. erat me.* — Infra vulgo: *verum haec audies.* Ego pro *hec* scripsi *hoc*; unum enim solum est illud „nihil . . sciri“, non duo.

Ep. 13. 3, ubi B. mecum (Em. p. 75) ex ZMRJ: *haec . . causa sit* (Or. ex q. *sint*), vulgo sic distinguitur: „ne h., neglecta . . improbis, m. r. p. m. c. s.“ Ego sic: „*ne h. n. . i. m.* . . s.“; subiectum enim illius *causa s.* non est *haec*, sed *haec neglecta . . defensa* (= harum rerum neglectio . . defensio), vid. Madv. § 426 et cf. Liv. II, 3, 5, ubi fortasse ex Harl. 1, Leid. 2 scribendum est: „ne (*bona* regis) *non reddita* belli *causa, reddita* b . . adiumentum *esset* (vulgo: *essent*, de quo cf. 4, 4 et III, 61, 1), al.

Ep. 14. 1. B ex MJ, cdd. Mal., Zb: *frigebat. Tum . . producit.* Ego: *fr., quum . . pr.*, cf. II, 12, 1, Madv. § 358, n. 1.: sic aptum est praes. historicum *producit.* Sin *tum* verum esset, certe ex R scribendum erat *produxit.* — **3.** Vulgo cum L.: *quod suspicarentur homines ei.* Ego ex MRJc: *q. † hi* (a *ii*) *s. h. ei.* Latet in *hi* aut *sic* aut, ut conj. Govean., *hinc.* De *sic susp., ei* cf. 5, 2, Madv. § 395, n. 6. — Deinde vulgo: *locutus est, ut ita diceret, se.* Ego: *l. e., † ut i. d., se.* H. quidem l. Cicero certe scripsisset: *l. e., ita, ut d. se*, et *ita* et *ut* inter se locum mutasse possunt; sed potius scripsit: *l. est, quum i. d., se*: de *quum* (indem) sic posito cf. 16, 2 *properavit . . iud., quum . . diceret*, Fam. V, 14, 1 *s. delectare, quum scribas*, al. multa, Madv. § 358, n. 2; *quum* (*cum*, ut M fere scribit) et *ut* haud raro confusa sunt. — Tum vulgo ex marg. M, RJ: *moveri, utrum Crassum inire . ., an esse.* At, ubi *an* sic ponitur (Madv. § 453, n. 1), numquam praemittitur *utrum*, cf. 3, 2, cett. Ego: *m., [utrum] Cr.* Fuit opinor, in arch., ut est in M, *verum*, id quod ex *moVERI* natum esse potest. Sin in arch. fuit *utrum* (quod haud raro cum *uerum* confunditur), excidit, opinor, *IncERTVM* inter movERI et *VTrVM* (*m., incertum, u.*); de *incertum* sic apposito vid. lexx. — **5.** Vulgo: *Hic tibi rostra C. advolat.* At Cicero quidem certe eiusque aequales semper „*ad, in* aliquid advolare“ dicunt: ex

Plinio XXVIII, 10, 45 laudatur *luminibus adv.* et ex Val. Fl. IV, 300 *advolat ora viri.* Ego post *tibI* addidi *In* (ī). — Infra vulgo: „*comperisse omnia*“. Ego: „*c.*“ *o.* Criminabantur Ciceronem, quod de coniuratione a se deprehensa *comperiendi* verbo usus esset, non quod „*omnia* comperisse“ se dixisset; vid. Fam. V, 5, 2, Ac. II, 62. — **7.** Vulgo: *Cum Lucceio in gratiam redi.* Ego ex Madv. conj., ut iam R: *redii.* Scilicet Cicero, qui tum una cum L. Romae erat, absentem Atticum non hortatur, ut cum eo gratiam reconciliet, sed *se* cum eo in gr. *redisse* certiorem facit, additque se propterea petiturienti valde Lucceio operam navaturum. Conferunt vulgo 11, 1; sed sex ante annis ea epistola scripta est. Notum est in antiquissimis codd. pro *ii* scribi *i* (ī), ut VII, 3, 10, ubi ego, ut Reinhard. apud Ter., *coiimus*, vulgo *coimus*, IX, 15, 6 (ego, ut vulgo, *audiimus*, M1 *audimus*, B ex M2, RJ *audivimus*), ann. ad VIII, 14, 3, al.

Ep. 16. 7. Vulgo: *mali, tanto . . vulnere, alacris.* Ego: *m. t. . v., a.*; causa enim, cur mali illud sperassent, haec fuit, quod tantum impositum rei p. vulnus erat. Ceterum Cicero, opinor scripsit *sperarAnt* (sic RJa) et *putaverant*, cf. Em. p. 27—29. — **9.** Vulgo: *videretur; ne . . iudicaremur*, quasi *ne . . iud.* non ex *nec diss. . . pertim.* pendeat (*ne* damit nicht), sed primaria quaedam sententia sit (= orat. recta: *ne . . iudicemur*). Ego et Klotz. *v., ne.* — **12.** Excidit, opinor, *faceRE* post *adversus RĒ p.*, aut plenius etiam Cicero scripsit, ut Lamb.: *habitarENT, EVM a. r. p. facere videri*, etsi de *cum* audito cf. II, 1, 8 et 24, 3 *qui eum emisisset, contra* (M2, RJ, acl: *qui e., eum c.*) *rem p. esse facturum.* — **13.** B: *qui magistratum simul cum lege Aelia* (M1: *insimul cum l. alia*) *in.*, *s. e. et Aelia et F.* Quid est tandem *s. CVM lege A. mag. inire?* nam, quod vult Man. esse = *servatis auspiciis ex l. A.*, id vero non sic dicitur, sed, ut audacissime coniecit Gron.: *salva l. A.* Ego: *q. m. simul cum † l. A. i., s. e. et A. et F.* Cicero sine dubio scripsit: *q. m. s. cum IIS InIIt* (*iis* ɔ: Catone et Domitio), *s. e. et lege A. et F.* Omisso *iis* librarius aberravit ad sq. *et lege A.*, ubi *lege* iam semel scriptum sive errore inter *et* et *Ae* (E) sive consulto omisit. — **13.** Vulgo ex J, a1: *nummos in tribus pronuntiarit.* MR, a2, clb: *n. in tribu pr.* Ego: *n. in tribubus pr.* Pronuntiabant candidati, quid dare vellent, in ipsis singulis tribubus, non extra eas; cf. Q. F. II, 14, 4 HS *centies c. in praerogativa pronuntiare* (Suet. Caes. 19 *per centurias* ɔ: in den C. umher). Excidit facile sive *bus* sive *b.* inter *bu* et *p.* — Post B ex Z, M2, β *fabam mimum* (M1, Jq *f. minimum*). Ego, ut Or. II: *† f. m.* Sch. conj.: *fabulam* (sic iam Muret. et „nonn. libri“ Lamb.) *et m.*; ego (post *fabulā*) malim „f. *ac* m.“ An Cicero scripsit, ut L. (ex „codd. Memmianis“): *mimum*, ut *fabulam* sit glossema? — **16.** Vulgo: *dedi; ad . . darem. Valde.* Ego: *d. — ad . . d. —: v.*, quo magis *valde te vend.* cum *Antonio . . dedi* cohaerere appareret. Sed vide, ne illud *ad te . . darem* aut post *Cincius . . desum*, ubi ex contrario sequitur: „tu, si *uno in loco* es f., *crebras* a n. l. e.“, sit transponendum aut, ut voluit Sch., post *venditavi.* Ceteroqui fortasse post *valde*

te excidit *ci*. — **18.** Vulgo: *Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam*: id quod esset: „aliquid tibi de m. s. scribam; nam, quum *scriptum* (Schrift), ut *factum, dictum, responsum*, verum substantivum sit, *aliquid de m. s.* h. l. non potest esse = *aliquod ex m. s.* = *a. meorum scriptorum* = aliquid eorum, quae a me scripta sunt: an licet dicere: *aliquid m. librorum* pro *aliquis m. l.*? Ne haec quidem sententia est, Ciceronem aliquid ex suis scriptis excerptum Attico missurum: totum aliquem librum a se conscriptum missurus erat; cf. 19, 10. Ego scripsi: *aliquod*. Cf. de *de* partitivo 20, 5.

Ep. 17. 1. B. cum L.: *sauciumque esse eius an.* (M1, J om. *esse*, M2 super *eius* scr. *esse*, Rβh, 2 Ambr. om. *eius*). Excidit *Esse* fortasse non post *eius*, sed ante *Eius*. Atona talia, quale est *esse*, saepissime sic interponi (eius *esse* an.) notum omnibus est. — B ex M: *declararant*: at sic falso audiretur: *antequam* „intelligebam . . offens.“ Requiritur necessario *declararunt* (sc. *post* superius illud tempus, quum „illud a me intelligebatur , . offens.“); cf. supra „Magna . . *demonstrata* (= declarata) *est* ex l. tuis“; etsi etiam *declarant*, ut est in RJacl, ferri poterat, si *litterae t.* h. l. et *litteris tuis* § 1 init. de pluribus epistolis esset scriptum; sed una sola fuit, cf. 5 *Illa pars epistolae tuae*. Quod ab Orellio confertur, 19, 11 *nuntiarant*, alienum ab h. l. est; ibi enim auditur: *antequam* „Cossinius . . *visus est*“. — **11.** B. ex R.: *sunt; sed si in aliud tempus exspectare velis, cures, ut sciam*, cuius scripturae sententiam (*exsp.* sc. ut ea tibi scribam) quam Corradus esse vult, refellere nihil opus est: scribendum certe fuit: „sed, si *ad* aliud (vel potius *sed, si al.*) t. e. *vis, cura* (vel *voles, curabis*), ut s.“ Ego ex Mβh: *s., sed in a. t.* (sc. differo, cf. 20, 3 *in congr. n. reservabo*). *** *e. v., c., ut s.* Scripsit Cicero: *tempus. Oro te, ut* (vel *Tu fac, ut* vel *Tu velim, ut*), *quando te exspectari* (Ursin. *te quoad e.*) *v., c., ut s.*, etsi etiam scribi potuit *q. nos te exspectare* (J: *te e.*). Cf. II, 6, 2: „Aliud quid? Etiam: *quando te proficisci istinc putes, fac, ut sciam*“, II, 10 „Quare . . *te* . . *exspectabo*: nunc *fac, ut sciam, quo die te* visuri simus“, Fam. XVI, 18, 3 *Te quando exspectemus, fac, ut sciam*; de *fac, ut cures* cf. Fam. XIV, 24, XVI, 11, 1. De *Tu velim . . cures* cf. Fam. XVI, 21, 8 *Tu velim . . cures, ut valeas.* — Deinde B. ex Jach: *moleste.* Ego, ut vulgo, ex CMR, cdd. Mal.: *modeste*, minus enim „rogare, ut *quam primum* venias“ est quam „orare, ut scribas, *quando* te *exspectari* velis“, ɔ: ut *brevi* (prope diem) venias.

Ep. 18. 1. B.: *amantissimus. † Metellus non homo, sed „litus atque aër et solitudo onera!“ Tu a.* Ego (ut Chamford., sed is sine *est*):

a. —
Me tellus! non homo est, sed l. a. a.
Et s. m. —;
tu a.

De *Me tellus* (sc. *devoret*)! cf. Q. F. III, 9, 1, Att. IX, 9, 3 *Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών* (ex Hom. Il. δ', 182), Ovid. Her. 3, 63 „*Devorer* ante, precor, subito *telluris* hiatu“, Trist. V, 2, 74. Addit

— sine dubio Philoctetes apud Accium — causam, cur se telluris hiatu decorari optet, hanc, quod in Lemni litore, ubi a Graecis relictus erat, „non homo est (quem videat et „quicum loquatur“), sed . . mera“. Excidit facillime sive *est* sive *st* ante *set*. — Infra vulgo: *Cicerone consumitur*. Ego: *C. * c.* Quid est enim „*tantum requietis* habeam, *quantum* (sc. *requietis*) cum uxore *consumitur*? „*Requietem* consumere“ omnino dici non potest. Excidit *temporis* aut *otii*. Ait Cicero se *tam diu* tantum *requiescere*, *quam* cum suis vivat. — Vulgo: *q. animus est praesens*: quod si sanum est, ego sic explico, ut *animus* (sc. *meus*) sit = *fortitudo* (Germanorum Muth, cf. infra „vires *animi* mei“), sq. *voluntas* = *consilium* (Entschluß); sed, opinor, post *aniMVS* excidit *tVVS*, ut *animus* sit = *cogitatio*, *voluntas* = *benevolentia* ɔ: benevoli sermones, consilia, consolationes, vid. § 1. Ceterum, ubi B. ex RJ, q, Pall: *† tamen v. e. a. e. ipsa medicina efficit; nam* ego: *t. v. e. a. e. ipsa me deficit; nam.* Zb, cdd. Mal., hac (ɔ: cd. arch., nam M magnam hic lacunam habet): *ipsam medicinam efficit nam*; scilicet librarius, quum a *med* ad *icitnam* aberrando scripsisset *medicinam*, ipse se correxit scribendo *efficit* pro *eficit*. *Est praesens* (sc. *mihi*) recte contrarium habet *me deficit*. Madvigii coniecturam (in Adv.) *t. v. iam a. etiam ipsa me medicina def.* ipsi explicandam relinquo.

Ep. 19. 1. Aptior mihi videtur interrogativa sententia, „quae *sint* in re p.“, quam, ut vulgo est, relativa, „q. *sunt* in re p.“ — **7.** Vulgo: *rei p., quod . . arb. Cum hoc.* Ego: *rei p.: q . . a., cum hoc*; explicatur enim, cur „non tam interfuerit mea Pompeium in eam vol. adduci, ut . . aliud., quam *rei p.*“, addendo se, quod improbi quidam dissensionem sibi cum Pompeio fore sperarent, cum eo tantum familiaritatem iunxisse, ut non solum uterque tutior, sed etiam *res p.* firmior esse posset; cf. de eadem re II, 1, 6. Quare ego etiam sic scripsi: *ut et* (vulgo om. *et*) *u. n. in* (Or. et B. ex L. conj. *n. et in*) *s. r. m. et res p.* (sic Gron.; vulgo: *et in re p.*) *f.* Excidit *eT* post *uT*; aberrando ad priora *in* repetito pro *res* scriptum est *re*. *Sua ratione* non est = *privata re*, sed = *suo in re p. statu*, quare vulgata scriptura pravissime *in sua r.* et *in re p.* (utrumque de iisdem, Cicerone et Pompeio, dictum) inter se contraria ponuntur. — **8.** Vulgo ex Lamb. conj.: *tamen his* (Z *t. si eis*, cod. Poggianus, R *tametsi eis*, J *tametsi eius*, c *tamen si*) *novis am.* Ego ex *si eis* feci *istis*, ɔ: iis, de quibus supra *tibi* scripsi (Madv. § 486): ex *his* fieri *si eis* non potuit. — **9.** Vulgo mire: *me esse ad scribendum vides.* Esset *esse* aut *nunc esse* aut *esse solere*! Ego: *me fuisse ad s.*, sc. tum, quum „est illud S. C. . . factum“. Lambinus sine ulla necessitate scripsit *me adfuisse scribendo*, cf. Fam. XII, 29, 2 *fuit ad scribendum*, IX, 15, 4, al. Post *mE* quum *Fu* excidisset, ex *isse* factum est *esse.*

Ep. 20. 1. Vix aptum est *a nobis atque nostris.* Melius R, a2, c, l (ɔ: fortasse C et Z) *a. n. a. a n.*; sed vide, ne Cicero scripserit *a n. atque adeo* (oder vielmehr) *a n.*; cf. Corrad. — **5.** Post „hoc vellem *mediocrius* (sc. Metellus *faceret*)“ ego suspicor Ciceronem scripsisse: *cetera* (sc. facit) *egregie*, non, ut vulgo est: *c.* (sc. eius

vel *in eo*) *egregia* (sc. *sunt*). Sive accommodando ad *ceterA* sive ob sq. *A* ex *e* facile fieri *a* potuit. — **6.** Vulgo: *De meis scriptis, misi ad te.* Ego: *De m.* (tribus, vid. 19, 10) *s. m. ad te*, ut *de* sit partitivum (= *ex*), cf. ann. ad 16, 18. Ceterum *misi* h. l. est de praeterito iam tempore (habe gesandt), 19, 10 de tum praesenti (sende). — **7.** Vulgo: *Nunc, ut.* Ego: *N. ut.* *Nunc* iungendum cum *redeam*, non cum *Paetus . . donavit*, esse quis non videt?

Liber II.

Ep. 1. 2. Vide, ne Cicero scripserit: *legi enim diligenter*, id quod non, ut Manutio et Sch., ita mihi in *libenter* inesse videtur: si verum est, relatum *lib.* est non, ut debuit, ad id, quod proxime sequitur, „*horridula* . . visa sunt“ (quis enim talia *libenter* legit?), sed ad „erant *ornata* . . videbantur“; sed *quamquam* ipsum docet Ciceronem non laudem aliquam addere voluisse, sed reprehensionem („horr. atque incompta“). Nec mirum, si, omisso *di* inter *enī* et *li*, ex *g* factum est *b*. — **5.** Vulgo: *quin etiam, q. c. d., quaerit . . dare? negavi.* Abhorret ab h. l., ubi praecedit *iocor* (ɔ: iocari *soleo*), *quaerit* ita positum, ut historicum sit praesens, nec sequitur *nego*, sed *negavi*. Ego: † *q. e. . . dare: n.*, quum dubitarem, utrum Cicero scripsisset: *qui* (vel *quoi*) *e . . quaerenti . . d., n.* an *q. e . . quaesiit . . d.: n.* an *q . . ded. et is* (*deduceremus* FA, *deducerem, is* MR) *quaereret . . d., n.* Facile *quaerit* sive ex *quaerēti* sive ex *quaesit* sive ex *quaereret* (quaeret) nasci potuit. Ceterum *qui* (vel *cui*) *cui etiam* (auch) aptius mihi quam *quin e.* (ja sogar) videtur; gradatio enim vix ulla est: additur simpliciter exemplum quoddam iocandi. — Ego inter *satis* et *PRodesse* inserui *rei p.* (R. P.): praecedit § 6 *rei p. c. prodest* (cf. I, 19, 7) et *num obsum . . rei p.?*, et sequitur § 8 contrarium de Catone *nocet i. rei p.* — **9.** B.: *honeste* (Rinkes. conj.), *ac moleste* (Malasp. conj.) *tamen dixit, ita ut*, quod quam tandem habet sententiam? Recte cod. arch., si mecum, Madvigio, Klotzio sic distinxeris: *inhoneste, ac modeste tamen; dixit ita, ut*, ɔ: Favonius inhoneste ille quidem fecit, quod Nasicam accusavit, sed tamen in eo accusando modum habuit (non valde acriter eum accusavit); oratio autem accusatoris eius modi (tam mala) fuit, ut —. Madvigius pro *ac* voluit (?) *at*; sed Cicero *at tamen* non ponit nisi post *si, si non, etsi* (Madv. § 437, c, ad Fin. II, 85): dixisset saltem *sed m. t.* De *ac tamen* cf. Or. III, 35 *discipulos dissimiles inter se ac tamen laudandos*, alia sexcenta, ann. ad Fam. — **10.** Vulgo: *laudemus: deinde in dissensionibus* (sic cd. arch.; B ex inutili Man. conj. *discessionibus*) *soli relinquamur!* Ego suspicor Ciceronem scripsisse: *l., deinde ne in. d. s. r.* Man. audacius ex *deinde* fecit *ne*. De *deinde* de futuro tempore posito (= *post, posthac*) cf. Q. F. III, 8, 2 *eas, quas ad te deinde litteras mittemus*, Fam. XIV, 7, 2, Cluent. 71, Liv. I, 58, 10; 17, 10, IV, 44, 15, Ter. Andr. III, 3, 30, al. Assentimur interdum aliis, ne nos post iis a nobis dissentientibus soli aliqua in sententia simus.

Ep. 2. 1. In † *cinos ΘΕΙΟΙ* (M1) vel † *CINOCΘΕΙΟΙ* (M2) latet, ut vidit Muretus, συννοσεῖν; cf. συμπαθεῖν. Quod Muretus praemisit *cui nos*, Sch. et B *ei nos* (*ei nos* θεῖοι RJaclb), audiri posse, mihi videtur. — **2.** B: *Mihi credes:* † *lege haec* (sic R, Oxx., β; ego ex M *hec*) *doceo mirabilis vir est.* Si quid in *doceo* latet, quod ipse Cicero scripserit, puto fuisse: *M. c., si leges haec in otio* (vel *otiosus*; Lipsius: *lege hoc otio: m. v. e.*); cf. 5, 3 ἐπὶ σχολῆς *scribe*, Q. F. III, 1, 7 *si eum mecum habuero otiosus*, Orat. II, 59, de *in otio* Off. III, 1, Sall. Iug. 13, al. In M semper scribitur *oCium*, quare is 1, 11 m. 1 *cum*, m. 2 *ocium* pro *otium*. Sed potest etiam, ut iam Or. suspicatus est, in *doceo* (*hec d.*) latere glossema ad *mir. vir est* ascriptum: *Dicea*(rchus) vel *hic Dicea*(rchus): quod si ita est, fuit (cf. Em. p. 117): *M. c., si l.: hic v. m. e.* vel *c., si l. haec: m. v. e.* Minus mihi probatur Bootii conj.: *M. crede, si l. haec, dices: m. v. e.* — **3.** Sine dubio pro *huc* scribendum est *adhuc*, cui respondeat *utique pr. Kal.*

Ep. 3. 1. Ego suspicor post *caligae eius* excidisse, quod Sch. (quem vide) audiri voluit, *purpureae*, cui ex aequo respondet *cretatae*. An, ut conj. Mal., h. quoque l. scribendum *Gallicae*, sicut ex Gellio nunc vulgo editur Phil. II, 76? — **2.** Vulgo: *vides enim cetera.* Apparet *enim* falsum esse; cuius enim rei causa per *enim* h. l. additur *vides cetera?* Ut alibi in verbis scriptoris alicuius laudandis interrumpentis est *nosti cetera*, sic h. l. abrupta illa demonstatione („etenim . . καὶ ε̃“) additur *v. c.*, ɔ: v. ipse c., ut mihi non opus sit plura addere. Quare ego: — *v.* † *e. c.*, suspicatus *enim* ex superiore *etenim* fluxisse. An, ut voluit Corr., *enim* ex *iam* natum est?

Ep. 4. 1. Vulgo: *At, quoniam.* Ego: † *At, q.* Scribendum certe fuit cum Lambino: *ferreS. SeT, q.*; sed Cicero sine dubio hoc, ut solet, simpliciter per *Atq.* vel *Ac* vel *Et* cum *pro eo . . ferres* copulavit. — **2.** Vulgo ex Jβh et MR (sed hi: *syrpie*), aliis Lamb.: † *Syrpiae* (C, nonn. Lamb. *Sirpiae*, vc. *sirpe*, Bessar. *Syrpae*). Gronovius, quod ad sententiam attinet, optime coniecit *Scepsii*, sed longius id a *Syrpiae* abest. Mea hariolatio est *Zopyri*. Ceterum sq. *sed f. patior* docere mihi videtur Ciceronem scripsisse non *velim*, sed *vellem*.

Ep. 5. 2. B. ex Mureti conj.: *possum. Vide levitatem meam. Sed.* Ego: *p.: vides* (sc. ex eo, quod „auguratu ab istis capi possum“) *l. m. Sed.* Z: *videte vitam m.*, ɔ: *v. levitam m.* omisso *te* post *ta*. MR, Oxx., βh: *videte civitatem m.*, Jac: *videre c. m.*, addito ob falsam diiunctionem *ci*. *Vides* dici audito „ex iis, quae praecedunt“, *vide* „ex iis, quae sequuntur“ (ut 21, 3, Fam. II, 10, 1), notissimum est.

Ep. 6. 2. Fortasse post *improboS* scribendum *Set* pro *et*.

Ep. 7. 2. B. ex Man. conj.: *hominem ire.* Ego ex arch.: † *in h. ire:* latet sine dubio aliquid in illo *IN*, vel *VT* (*ut h. i. cupiebam!*, cf. 21, 3, III, 11, 2, al.) vel *quAM* (13, 2 M1 *in* pro *qui*) vel, ut Kayser. conj., *literAS, SANe h. i.* vel, ut Graev., *istIM*, vel *istuM*. — **4.** Vulgo: *Atque haec . . quaerere:* mihi videtur scribendum esse

hoc, ut de una illa quaestione: „illud quid sit . . Quidnam id est?" — **5.** B. ex cdd. Mal.: *Quintus*. Ego: *Q. HS*; scilicet M: *que di*, RJ: *Q. de*, marg. M: *Q. CIƆ.*; cf. infra, ubi J *dC* pro *HS*. Priore loco *HS* audire non licet. — Deinde vulgo ex RJ: *XXX. Terentia*. At M1: *XXX. a T.*, M2, q· *XXX. at T.*, in quo latere mihi videtur *XXXVI. T.* vel *XXXIII. T.*

Ep. 9. 1. B ex Ern. conj.: *oportuit*, *culpa Catonis*. Ego: *o.*, *† id c. C.*; nam potest quidem *id* (*it*) ex *oportuIT* natum esse, sed etiam ex *id* facere *idq.* vel, ut fecit Bentiv., post *oportuiT* addere *eT* licet (cf. 6, 2). — Infra B. ex Ern. conj.: *qui regna*, *qui p. R. praedia tetrarchis*. Ego: *qui r.*, *† qui pr. t.*, quum dubitarem, utrum Cicero scripsisset *qui r.*, *qui tetrarchias*, *qui pr.* (ut *tetrarchis* sit omissum in antiquo aliquo cod. alterum membrum, sed in margine ascriptum et post ex parte corruptum) an *q. r.*, *q. pr.* (ut *tetr.* sit glossema ad *qui r.* ascriptum, cf. Em. p. 117) an, ut Or. voluit, *q. r.*, *populi R. pr.*, *t.* (ut *qui* aberrando repetitum sit et *p. r.* ante *pr.* omissum) an, ut Kl., *q. r. quasi pr. t* . . — **2.** Vulgo: *ad t. h. i. redacta sit*. Ego ex optimo cd. C et Lamb. cd. (ɔ: sine dubio Z): *ad t. h. i. tralata sit*. *Redigendi verbum* nisi per durius quoddam zeugma in universum „populum" non convenit; sed, quoniam ex *tralata* fieri in M *redacta* vix potuit, vide, ne fuerit: *ad populum tralata*, *sed ad t. h. i. redacta*. — **3.** B. ex Or. conj.: *si ille cogit*, *tum* (*c. tantum* MRJ, Oxx.) *dumt. nos defendere*. *Cogit* — quidnam? *Tum* quidem abundat, et *tan* unde ortum est? Ego ex *ille cogit tantum dumt.* feci *i. * cogitat dumt*: nec mirum, si librarius ex *tat* ante *dVM* fecit *t tantVM*. Excidit *pugnare* (cf. 18, 3; 19, 2 et 5; 20, 2) vel *certare* (cf. 21, 6) vel *dimicare* (cf. 14, 1) vel *contendere* (cf. 22, 3), cui respondet *nos defendere* sc. „*cogitamus*". — **4.** Puto fuisse, ut perbonus cod. Faerni habuit: *Audi nunc ad id*, *quod quaeris*, ɔ: *A. n.* me respondentem ad id; cf. XIV, 20, 1 *Audi i. ad omnes* (epistolas tuas), IX, 10, 8 *cras scribam plura et ad omnia*, V, 4, 4 *Habes ad omnia*, III, 8, 3 *Nunc ad ea*, *quae scripsisti* (ubi fortasse *audi* excidit sive ante *ad* sive inter *quidqVAM* et *NVnc*), Q. F. III, 6, 7 *Habes ad duas epistolas pr.* (ubi M ante *d* om. *ad*), 1, 11, ubi ego cum L: *Audi nunc ad minusculā* (sc. quae sum rescripturus; praecedit *Rescripsi epistolae m.* = *r. ad e. m.*), vulgo: *A. n. de minuscula* (cf. de *ad* et *de* confusis Em. p. 74 de Fam. VII, 17, 2; XII, 25, 5, al.; accedit h. l. praecedens *auDi* et sq. *DE Clodii*). — Infra *r.*, *ubi esse . . volo*, *f.* aptius esset quam vulgatum *r. — ibi e . . v. —*, *f.*

Ep. 12. 1, ubi miratur Cicero esse, qui negent Publium plebeium factum (a se) esse, ego pro *Negent*, cuius coniunctivi ratio nulla est, scripsi *Negant* (sc. ut tu scribis). Cf. § 2 de eadem re „*Negat* se . . tulisse". Potuit Cicero, ut alibi, sic h. l. scribere: *Itane? negant . . esse*? Ceterum *a se* excidisse ante *eſe* Orellio et Baitero credo: ego olim ante *factum* addi volueram; cf. sq. „iurabo *Cnaeum* . . *se* in auspicio fuisse" (quum Clodius plebeius fieret) et § 2 de Caesare. —

2. Vulgo: *Memmii*, *Metelli*. Ego, quoniam in M est: *memmique M.*, scripsi *M.*, *Q. M.* — **4.** Vulgo: *putaRam*. Ego: *putaBam*. Extra epistolare dicendi genus esset: *sum daturus*, *ut puto*, non *s. d.*, *ut putavi*.

Ep. 14. 1. *hoc otio*, si verum est, est abl. absoluto dictum; nam temporali abl. Cicero vix ita sine *in* in hoc verbo usus est; sed puto excidisse sive *IN* post *VT* sive *CVM*: sequitur ex contrario „*cum* optima spe". — **2.** Vulgo: *magnum quid*. Encliticum *quid* Cicero, quod meminerim, sic non ponit (cf. ann. ad III, 16). Excidit fortasse *ali* aut (inter *id* et *ag*) *piā*. Paullo post omissum sine dubio est *tibi* vel post *satisfIeT* vel, ut Kayser. voluit, inter *saTIs* et *fIeT*.

Ep. 15. 3. Post *ingemuerAM* suspicor excidisse *quum* (*cVM*); cf. ad I, 14, 1. Cicero sine dubio scripsit *Roma discedere*, non *R. dec.*, cf. de eadem re 5 § 1. — Infra ego, ut vulgo ante Or. ex MRJ: *usque ad III. Non.*, quoniam persaepe scribitur *III. Non.*, ɔ: *a. d. III. Non.*, et cf. 8, 2, ubi est *a IIII*, non *ab a. d. IIII*; sed tamen videtur Cicero ipse scripsisse, ut ego olim et nunc B: *u. ad a. d. III. N.*; cf. Fam. XVI, 9, 1, ubi ego et B. ex M: *usque ad a. d. VIII. K.* (vulgo om. *ad*) et supra ex conj.: *u. ad* (om. *ad* M) *a. d. XVI. K.*, coll. Att. II, 9, 4 *usque ad pr. K.*, 8, 2 *a IIII. ad pr. Non.*, al.

Ep. 16. 4. B: *discedere*, *ne*. Ego, ut Or. II: *† d.*, *ne*; satisfecit enim mihi neque Manutii explicatio neque Schūzii: in illa saltem dicendum fuit *ita d.*, *ne* (*ita d.*, *ut ne*), et *ita* excidere facile potuit (cf. de *ita*, *ne* Em. p. 27; sed Siesbye de *ne* confert Fin. II, 64), in hac: *ab hac mea sententia* vel *a m. s.* (sc. portorium illud non deberi publicanis). Quod Or. coniecit: *discutere*, coll. 24, 4, ut sit = *prohibere*, ne illud quidem mihi probatur; quis enim sic dixit: „disc., *ne*"? Ceterum, nisi *ita* aliudve aliquid excidit, veri simillimum est aberratum esse ad *unde discedere* (§ 3): haud longe a *discedere* abesset *disceptare* (Freund. I, b), sed vel ita *ne* offensioni est.

Ep. 17. 1. Vulgo ex Herv. conj.: *compararent. Di immortales! Verum.* Ego ex MRJ, bh, ac, ɔ: ex arch., *Di imm.* posui post *tranquillo animo* scripsique: *tr. an.: di imm.! ***, neque*. Scilicet excidit prima pars eorum, quibus explicatum fuit *tr. an.*, cum qua sequentia recte per *neque* copulata sunt: in Hervagiana scriptura saltem dicendum fuit *neque tamen tam* vel *etsi non tam*.

Ep. 18. 1. B. ex Bootii (ɔ: Ern.) conj.: *Atque hic est status*, *qui una*, ɔ: Und es ist diese Lage, die, quae periphrasis (*hic est*, *qui*) ab h. l. plane abhorret. Ego: *A. hic s.*, *† qui una*. Cicero scripsit *A. h. s.*, *qui nunc est*, *una* (cf. de eadem re 19, 2 *hunc statum*, *qui nunc est*, 20, 3 „*Nunc . . afferatur*"; *NVNc est* ante *VNA* excidere facillime potuit; sq. *neque*, ut persaepe, est = *sed non* vel *neque tamen*) aut, ut voluit Ern., *A. h. s. una* (ut *qui* aberrando ad sq. *qui tenent* additum sit) aut, ut Klotz., *A. h. s.*, *qui una . . gemitur*, ** *neque* (ut exciderit *neque opera*) aut *A. hic quidem st. una* (Klotz. ed. I, sed male: *A. h. s. quidem una*; cf. 20, 3 „*Nunc quidem . . aff.*" — Infra vide ne inter *teneNT* et *Nullam* exciderit

omnia (cf. de iisdem viris 22, 6); etsi etiam VII, 12, 3 *qui tenent* elliptice dictum est; sed ibi Cicero ipse explicando addit *qui potiuntur*, ɔ: Machthaber sind, cf. Fam. IX, 6, 3. Audire *nos* ex multo superiore *tenemur* vix licet. — **3.** Vulgo ex M2, RJacl: *neque tamen scit quisquam.* Quid hoc est? Estne Germanorum: und dennoch wer weiß es (sc. ob ich es nicht thun werde)? Sed vide, ne in eo, quod M1 habet, *n. t. sit scit q.* aliquid lateat, ut *n. t.*, *quid futurum sit*, *scit q.* (und doch weiß ja Niemand vorher, was geschehen werde). Ceterum non inscita Orellii conj. est: *scio*, *quid sequar* (Sch.: *scio*, *quid agam*; debebat certe esse *faciam*). — **4.** B. ex Mülleri conj.: *vellem ego vel cuperem*, coll. X, 16, 1; sed ibi primum est: „volebam a. vel *potius* cupiebam“, deinde *cup.* (wünschte) minus quiddam est quam *vol.* (wollte). Ego ex arch. *v. † egove c.*, quum mihi magis probaretur correctio ed. Minut. (acl): *v. ego et c.* Sic, ut fere synonyma, copulari persaepe *velle* et *cupere*, *v.* et *optare* notissimum est; librarius vero ob *VEllem* pro *et* facile potuit scribere *VE.* An Cicero scripsit: *v. equidem et c.*, ut ad *equidem* respondeat sq. „*sed* ita te para, ut . . advoles“? cf. 19, 3, al.; in *v. ego* enim abundat *ego.*

Ep. 19. 1. Vulgo: *intenduntur*, *et sexc. sunt*, id quod est: „*Multa* me sollicitant . . et *sexcenta* (ɔ: *permulta*) sunt“! Cicero certe dixisset: *Sexcenta me soll.* Ego: *int. et s. s.*, ut *sexc. s.* de praecipuis Ciceronis periculis („iis, q. m. i. int.“) dictum sit. Sed vel sic melius erat sive *int.: s. s.*, *sed* (ut *et* ex superioribus sit repetitum), sive, ut voluit Ern., *i.: ea s. s.*, *sed.* — Vulgo: *ne irasci possum quidem*, ɔ: non modo — *quid facere?*, sed ne i. q. p.! quamquam in eam sententiam rectius erat *ne i. q. p.*, ut voluit Man. Ego: *ir. ne p. q.*, ɔ: non modo *non irascor*, sed ne p. q. irasci: sic recte sequitur: *tantum doleo.* De transpositionibus archetypi epistolarum ad Atticum cf Em. p. 11. — Deinde B: *† Cetera in magnis rebus; minae*, ego: *† C. in m. r. m.* Si nihil excidit, ego, ut Kayser., puto fuisse: *Ceterum in m. r. m.*; sed malo scribi: *Cetera in m. r.* ***; *m.*, ut exciderit, quod de *cetera* dictum fuerit: *cetera* sc. praeter id, quo „nihil mihi molestius est, Statium esse manumissum“, id quod „mirifice doleo“; quod deest, id eandem fere sententiam habuisse videtur, quam sequitur: *modice me tangunt*, pro quo ego scripsi *m. me angunt* (supra est: *sollicitant — molestius est — doleo*), cf. 18, 4 „De Statio manumisso et nonnullis *aliis* rebus *angor e.*“, IV, 18, 2, V, 21, 4, Q. F. III, 3, 1 (ubi M1, R *sollicitaT Tangitque*), Fin. I, 41 (ubi arch. „aut *sollicitare* possit auT *Tangere*“), Brut. 331 (ubi ego ex Corr. conj.: „hic me dolor *angit*, haec cura *sollicitat*“, arch.: *tangit*). Sollicitudo, cura, dolor non solum tangit (rührt, bewegt, berührt), sed *angit* (beunruhigt, ängstigt). — **2.** Vulgo: *quasi . . . restituit*: soloece, opinor, vel si „unus . . rem“ ut versus scribitur: Cicero sine dubio, ut haud raro alibi, accommodato ad suam orationem uersu scripsit aut, ut L., *restituat* aut *restituerit* (de omissa nota *er* syllabae saepius dixi) aut quasi „u. h.“, qui „n. c. restituit rem“. — Vulgo: *utor via.* Ego: *† u. v.* Fuit aut *media u. v.* aut *u. v. m.*; neque enim

licet audire *media* nec. ut Müller. voluit, *recta*, neque vero, ut Man. et Graev. putabant, *via* h. l. idem esse potest, quod *arte* (Methode), frustraque Man. confert Liv. XXV, 9, 4 *via omnes irent* („der Heerstraße folgen“), ubi est *ire*, non *uti*, et sequitur explicandi causa „nec *deverti* quemquam . . paterentur“. — **3.** Vide, ne ex Valer. M. VI, 2 scribendum sit: „veniet tempus, quum gr. *gemas* (vulgo: *gemes*), vid. Madv. § 358, n. 4“. — **5.** B: *sed ego hoc non repudio*, in qua scriptura *sed* falsum est, si *hoc* est, quod „Caesar me sibi vult esse legatum“; oportebat certe esse aut *et* aut, ut L. scripsit, *scilicet.* Scripsit, puto, Cicero: *sed e. hoc* (ɔ: „periculum“) *non refugio*; cf. de eadem re 18, 3: „Non *libet fugere*, aveo pugnare“, 22, 3 „nobis ea *contentio*, quae impendet, *non fugienda* videatur“, 19, 1 „minae Clodii contentionesque . . vel *subire* eas . . vel *declinare* . . posse“; nam *repudiare periculum* non potest, ut Bootio et Klotzio et sine dubio Baitero visum est, sic dici: dicitur *recusare* (Caes. B. G. VII, 2 et 19, B. C. III, 26, al.). — Deinde, opinor, inter *necessE* et *arcessemus* excidit *tE*; item 20, 2, ubi inter „scribam ad *te*“ et „*te* non commovebo“ mirum est si Cicero post *arcessam* audiri *te* voluit, ac non, ut certe debuit, scribere: *arc. te . . ab Am. non commovebo* aut utroque loco *te* omittere.

Ep. 20. 5. B. et ego ex M: *scripseram † et Furio scripturum* (Crat. *s. te F. s.*). Potuit Cicero scribere, ut RJalb: *s. te Furium s.* (sc. *me*, cf. Madv. § 401 et ad Fin. V, 31 et adde ad locos ab eo collectos Q. F. II, 4, 7, Att. IV, 11, 1 (sc. *se* ɔ: se et Crassum) et 17, 3, IX, 18, 3, Sest. 15, p. Sulla 65 (ubi tamen post *intercesSORE* ex *SE*, ut est in bono cd. Parc., potest esse factum *FORE*, quia ſ fere est = f), Acad. I, 18, Fam. X, 32 (Asinii Pollionis), 4, Phil. V, 39 (*facturum fuisse declaravit* = VIII, 2); sed tamen ego putavi ex *scripserammete* factum esse *scripseram et* (sic etiam Klotz.) aut fuisse *s. me te F. facturum* (cf. sqq. et 19, in qua de hac re „scripserat“, 5 „me Laelium, *te Furium faciam*“; aberrando ad *SCRIPseram* pro *FACturum* scribi potuit *SCRIPturum*, de quo erroris genere saepius dixi) aut *me tibi ut Furio s.* (ut pro $\overline{m}$ scriptum sit *m* et aberrando a *t* ad *t* exciderit *tibiu*; Boot. conj.: *s. me ut Furio s.*). Infra, ubi vulgo: *me f. L. et te Att.*, Lamb., opinor, recte om. *et*, cf. 19, 5. — **6**, ubi vulgo est: *reliquit n. HS. fortasse centiens*, ego: *† centies*: scilicet in antiquo aliquo cod. sine dubio fuit *C.*, ɔ: *centum* (milia); Sch. ex Malaspinae conj. (quem vide): *centum*, Lamb. *centum milia.* Librarius archetypi, ut fit, notam illam male explicavit. — **6.** Miror neminem vidisse ante *Accepi* excidisse *Alexandri*, cf. 22, 7 *Libros* (sc. missos mihi a te per Vibium) *Alexandri . . . tibi remisi*; cur enim priore loco nomen scriptoris Cicero omitteret? Sine *Alex.* essent *Vibii* libri et ipse *Vibius* „poëta ineptus“. Deinde inter *ineptuS* et *† ET* videtur mihi excidisse EST, sine quo Cicero, opinor, dixisset, ut 22, 7: „accepi, poetae inepti, sed (tamen) qui sciat nonnihil et sit non inutilis“. Scilicet ego scripsi: *ineptus*, *† et* (sic vc, MRJa) *tamen scit nihil*, *sed* (sic MRJac) *e. n. i.* Fuit: *i.*, *sed* (vel *et*) *t. s. nonnihil et e. n. i.*

aut, ut vulgo, *i.*, *nec* (sic iam Crat.) *t. s. nihil et* (sic Man. conj.) *e. n. i.*; sed verisimilius multo est *et* post *s* factum ex *sed* esse quam ex *nec*, et, quam saepe *non* ante *nihil* exciderit, nemo nescit.

Ep. 21. 6. B. ex audacissima Manutii eademque pravissima conj.: *nos aut cum summa gloria aut certe sine molestia discessuros.* Scilicet Man. *discessuros* falso sic explicabat, quasi esset = *ex Clodiano negotio exituros* sive *Cl. negotio perfuncturos*; sed simpliciter est = Roma atque a Clodianis „minis contentionibusque“ (19, 1) disc. Ego ex MRJac, uno verbo mutato: *nos aut certaturos* (cd. arch. *certe*) *c. s. g. aut etiam s. m. d.*; cf. de eadem re 19, 1 „vel *subire eas* („minas *contentionesque*“, ɔ: *certare*) summa cum dignitate vel (sc. legatione aliqua, cf. 18, 3) *declinare* (ɔ: *discedere*) nulla cum molestia posse“, 18, 3, 19, 3, 20, 2, 22, 3. Omisso facile *TVroS* ante *CVm S.* librarius ex *certa* fecit *certe.* De *aut etiam* (eller og, oder auch, fere = *aut certe*) vid. lexx.; de *certare* cf. ann. ad 9, 3.

Ep. 22. 1. B. ex Bosii conj.: *mansisses! mansisses profecto* (L.: *m., ut m. p.*). Ego ex arch.: *m. ** p.* Excidit sive *et mansisses* sive *et fecisses*; necessario enim talia, ut a nobis, sic a Latinis copulantur, non sine copula aliqua ponuntur. — Infra ego, ut prius est „quid esset *facturus*“, ita scripsi *id facturus* (vulgo: *act.*): variandi causa nulla fuit, nec rara illa confusio est. Deinde vulgo omnes: *convertit se in nos, nobis autem ipsis tum vim, tum iudicium minatur*: quasi vero Cicero sic *nos* prius de *optimatibus*, deinde *nobis autem ipsis* de *se* ipso dicere potuerit. Ego: *in bonos*; excidit *bO* ante *nO*. — **2.** Vulgo omnes: *referebat.* Ego: *deferebat*; „testis“ enim est *deferre*, non *referre*, vid. lexx. et cf. 24, 2. *Referre* Ciceronis aetate non simpliciter fuit *nuntiare*, *narrare*, sed *renuntiare.* — **3.** B. ex Bentiv. conj.: *qui utuntur [opera].* Ego: *q. u. † opera*; excidit enim veri similius *nostRA* post *opeRA*, quam quisquam de suo addidit *opera*, et Cicero, opinor, saltem scripsisset *qui ea ut.*: iteravit *opera nostra*, quia praecedit non simpliciter *in illa o. n.*, sed „*in causis atque* in i. o. n. *summa ind.*“, cf. Fam. I, 5, a, 3, ubi B. ex Man. conj.: *aut eripiatur [causa regia] nobis aut deseratur*, ego uncos delevi, quia *eripiatur n. — deseratur* recte de „causa regia“ tantum dictum est, non de toto illo „De *Alexandrina re* causa*que* r.“

Ep. 24. 2. Vulgo: *Vettius ille, ille noster index.* Ego: *V., i. n. i.*; cur enim Cicero sic cum emphasi geminaret *ille*? Cf. I, 16, 5, ubi vulgo: *Calvum, ex N. illum, illum*, ego ex RJacψ: *C. ex N., i.*, Em. p. 103 de Fam. VIII, 8, 1, ubi vulgo: *C. Sempr. Rufum, Rufum*, ego: *C. S. R.*, B: *C. S. R. [, R.]*, al. — Infra B. ex Vict. conj., ut iam h.: *itaque insinuatus* (M1, a1: *i. in sinu aut*, Rψβ, a2, c: *in sinu atque*). Ego: *itaquE SE insinuauIt* (sic etiam Or. II, sed sine *se*); cf. ann. ad Fam. IV, 13, 6. — Infra sine dubio, ut *Brutus* et *Lentulus* accuratius, quinam essent, definiti sunt, sic ante *Paullus* suspicor excidisse *L.* — **3.** Vulgo: *dixerat ad. consilium, ut . . ador., in eo pr. P. fuisse.* Ego: *†, ut . . . f.* L. in marg. 1584, fortasse ex Z, ante *VT* recte addidit *FVisse*, nisi Cicero, ut Ern. conj., scripsit: *c., ut . . ad., in eoque . . f.*, audito *fuisse* in priore membro *cons. . . ad.* ex altero *in eoque p. . . f.*, quod tamen ipsum h. l. durius erat, cur enim non in priore membro poneret? quippe recta oratione dicendum fuit: „Cons. *fuit, ut . . ad., in eoque* (vel *ad., in eo*) *princeps Paullus.* An *fuisse* in margine ad prius membrum ascriptum male in altero positum est? An est anacoluthon, vix quidem excusandum, pro: *in ad. consilio, ut . . ad., pr. P. fuisse*? — **3.** Ego ante *Lucullum* addidi *L.*; sequitur enim „*C.* Fannium“ et „*L.* Domitiam“, et Lucius a Marco fratre necessario distinguendus fuit. — Infra, opinor, post *subscripserat* excidit *et*: asyndeton paullo durius est. — **4.** Vulgo ex Racl: *ea, quam quotidie.* Ego ex M1: *† ea, inquam q.* (J *eam quam*, M in marg.: „al. *eam quam*). Latet sine dubio in *IN* substantivum aliquod ad superius *caedem* respondens, ut *VIs* (ɔ: caedes ex insidiis per sicarios). Hoc omisso et ex *caedem* audito videtur certe scribendum fuisse: *modo, caedem* (ɔ: c. apertam per Caesaris milites) *quam t., or.* (vel *quam modo c. t., or.*) *. . d.; ea, quam q.* — **5.** B ex Graevii conj.: *honestissimeque dignitatem nostram et magna cura tuemur.* Ego ex arch.: *† hon. et d. n. m. c. t.*, quam multo anteponerem Graevianae transpositioni (in qua etiam *et* abundat) hanc meam conj.: *honestatemque et d. n. m. c. t.*; cf. de fere synonymis *hon.* et *dign.* Fam. IV, 5, 2, Att. VII, 11, 1, Phil. VII, 5, 14, Mur. 87 (Att. II, 19, 1 *dignitatis . . τῷ καλῷ*), al. Omisso *aT* post *honesT* ex *honestimque* factum est *honestissimeque.*

Liber III.

Ep. 1. Vulgo omnes soloece: *intellexi . . consequARE . . essemus . . esset . , uteremur . . esset . . possemus.* Ego: *consequERERE* (cf. Fam. I, 5. a. 1). Omisso *re* ante *re* (ut Fam. V, 7, 3 M *verere* ɔ: *vererere*) ex *consequere* factum est *consequare*, nisi aberratum est ad inferius *consequare.*

Ep. 3. Vulgo: *sed eo si ven.*, quasi vero contraria ulla ratio intercedat inter *te oro, ut V. s. venias* et *eo si . . facturum*! Ego ex *sed* feci *scilicet* (*sc.*): explicatur, cur Cicero illud oret; de mendo cf. Em. p. 98 (de Att. XIII, 33, 4 et XIV, 10, 3), Q. F. III, 1, 17 (ubi ego cum L.: *Scilicet, quo*, vulgo: *Sed, quo*), Em. T. Disp. I. p. 3 (de I, 52 et II, 16, cum quo loco cf. Catil. IV, 8 et 10), Obss. in Sest. p. 59. Ceterum Cicero etiam potuit scribere, ut voluit Kayser: *meum: eo si v.*, ut *sed* ex *Sed te oro* sit repetitum; sed illud verisimilius est.

Ep. 4. Vulgo: *Sed haec coram.* Ego: *hoc*, ut de uno illo „Me . . valuisti“.

Ep. 5. B ex MRβ, Ambr. 16, plerisque cdd. Mal., c: *ut, q. me i. s. a., ut eodem.* Iterandi *ut* causa quoniam h. quidem l. nulla fuit, ego: *† ut e.* Scripsit Cicero aut *tu e.* (sequitur „*ego* enim idem sum“) aut, ut nonnulli cdd. Mal., Jal., *eodem* sine *ut.*

Ep. 6. Vulgo: *Data XIIII. Kal.* Quoniam fieri non potuit, ut Cicero uno atque eodem die et *Tarenti* et *Brundusii* (vid. 7, 1 et Fam. XIV, 4, 2 et 3) esset, ego scripsi: *D. † XIIII K.* Fuit *XIII.* aut *XII.* (h *VIII*).

Ep. 7. 3. Vulgo: *nec quo* (M1RJψ om. *quO* ante *mO*) *modo* (M2, β *nec ubi*) *visurus nec ubi dimissurus sim.* Quo *loco* Cicero fratrem esset dimissurus, quaerere quid attinuit? de *modo*, ut videndi, ita dimittendi agi satis intelligitur ex 9, 1 et Q. F. I, 3, 4. Cicero igitur scripsit *nec VT* (unde Ja, Ambr. 17: *nec c VI*) vel, ut Or. conj., *n. uti* aut *nec q VI* (Sch.) aut *nec quo.* Ob praecedens „*ubi* eum *visuri* essemus", ut M2 in altero membro scripsit: *nec ubi visurus*, ita cd. arch. in altero: *nec ubi dim.* — Vulgo: *Brundisii* (M: *Brundisi*). Ego, ut βψ: *Brundisio* (h. *Brundisium*). Cf. ann. ad Fam.

Ep. 8. 1. B. ex MRJaclβh: *Proficiscens.* Ego: *Brundisio* (b. *Brundusii*) *pr.* Necessario additus est locus, unde Cicero proficiscebatur, quum hanc ep. scripsit. Facile excidit *br.* ante *pr.* — **2.** Vulgo: *vento ab illo reiectus*, ut *illo* sit *Q. Cicerone*; sed primum debebat saltem esse *ab eo*, praecedit enim de eodem *eum*, deinde Phaëton ab eo, quem „non vidit", reiici non potuit. Ego ex Madvigii conj., quam perbonus cd. Faerni (F) confirmat: *ab Ilio*; vid. Malesp. — **4.** Vulgo: *Thessalonicae.* Ego, ut Or. II maluit: *Thessalonica.* Item 9, 3 et 10, 3 et 12, 3 et 14, 2 et 20, 2.

Ep. 13. 1. B. ex Z, vc., MJβh: *causae meae*, *voluntati meorum.* Asyndeton h. l. minime aptum est. Vulgo ante B. ex Ra edebatur: *c. m. ac v. m*: ego inter *meAe* et *Vol.* addidi *AVT*, quod post „*non* erit, quod putes" usitatius multo est quam *ac.* — **2.** Vulgo: *ita me afflictum videas*, *ut neminem u. nec videris nec audieris. Nam*: quasi vero *ita . . ut* sit = *tam . . quam*, ac non in eam sententiam scribendum Ciceroni fuerit: *vidisti n. audisti.* Quid igitur? Excidit *magIS* (sc. *afflictum*) post *audierIS.* De eadem re 12, 1 est: *ita sim afflictus*, *ut nemo unquam*, sc. *fuit* (non vero *fuerit*). Cf. usitatum illud *Nihil vidi minus.* De *magis*, ut multis saepe adverbiis, in extrema sententia posito cf. Madv. § 468 et 465: Fam. I, 9, 20 (*Pompeius ita contendisset*, *ut nihil umquam magis*) auditur *contenderit*, non *contendit.*

Ep. 15. 5. Vulgo ambigue: *acta Kal. Sext.* Ego: *a. Kal. Sextilium*, ne sit *a. Kal. Sextilibus.* Cf. 3 *eiusdem diei . . acta*, 8, 3 *acta mensis Maii*, alia.

Ep. 16. Vulgo: *aut aliud quid sequemur.* Ego: *aut a. aliquid s.* (cf. de eadem re 10, 1 *aliquid aliud videbimus*); nam huc aberrando factum est, ut supra in MRJa, aliis, post *nam* adderetur *aliud aliquid*, quod recte omiserunt M2, qψ, cd. Urs, et mecum (Em. p. 115) B. — Infra vulgo soloece: *quae scis.* Ego: *q. scies*; sequitur „ut *erunt*" et in altero membro „quae *putabis* . ., ut *putabis*". Divelli tempore ab *erunt* neutiquam potuit *scire*, neque vero Cicero illud dicere voluit: *Scribe* (nunc), *quae scis*, sed hoc: *Scribito* (posthac), *quae* (tum) *scies.* Cf. Fam. X, 2, 2, ubi ego et B ex cd. Dr. 3: *quae . . poterunt* (M *potest*, ut opinor, ex *pot'unt*, vulgo *possunt*); *velis* enim (ut h. l. *scribas*) tam futuri temporis est, quam quae praecedunt: „*desiderabis . . erit . . deero.*" Q. F. I, I, 32 ego et B. ex Or. conj.: *si adversaBImur* (vulgo: *adversamur*), . . *diiungemus; sin obsequEmur*, . . *patiemur.*

Ep. 17. 3. Vulgo ex Z: *cave vereri*, *ne*; sed *cavere* cum infinitivo positum est Sallustii, Catulli, Virgilii, Horatii, Plinii, non item Ciceronis. Ego ex mea eademque Baiteri conj.: *c. vereare*, *ne.* Omissum facile inter *VE* et *NE* in MRJacqψ *VErEarE* est; in Z *ri* „non admodum apparebat"; mirificus ille „cd. Ursin.", de quo dubitare vix licet, habebat: *cave cave*, *ne*, altero *cave* fortasse ex illo ipso *vere(are)* nato. Cf. 23, 5, ubi arch. *tuere* pro *tueare*, alia multa.

Ep. 19. 1. Vulgo barbare (cf. Madvig. § 295, n. 2): *mea interesset loci natura.* Ego: *m. i. ** l. n.* Post *interESSET* excidit *qualis* (vel *quae*) *ESSET*; cf. Caes. B. G. I, 21 *qualis esset natura montis.* Kayseri conj. post *naTVRA* addentis *FRVI* minus mihi probatur. — **2.** Vulgo: *at tamen.* Ego: *ac t.*; cf. ann. ad Fam. IX, 2, 1.

Ep. 20. 3. Vulgo: *scribi*, *et id a. v.* Ego: [*et*]: qui non dubitem, quin Cicero scripserit: *s.: id a. v.*, ut iam „alii" in marg. Lamb. 1584; nam hoc *id a. v.* cum „*et* . . oportet *et* . . scribi", ut tertium quoddam aut alterum membrum, copulare minime licuit: *id* ad totum illud „Rogatio . . scribi" relatum est. *Et* ex superioribus facile potuit repeti. Cf. ep. 26.

Ep. 22. 2. B. ex archetypo: *speraret*, rectius ille quidem post *scripsit*, quam Or., qui ex Ern. conj. soloece: *sperarit.* Ego: *sperašet*, recta enim oratione esset: *Quantum speraveram* (aut *speravi*, non *sperabam* aut *spero*), *profectum* (sic ego ex MI, 2 Ambr., alb; vulgo ex R, a2, c. *perf.*) *est per Atticum.* Cf. Em. p. 28 de V, 19, 3 et ann. ad Fam. XV, 2, 8.

Ep. 23. 4. Vulgo soloece: *quo maior est s. m. a.*, *quum id . . scripserunt.* Oportebat certe esse *scripserint*; scilicet per *q . . scr.* explicatur *quo* (= *eo*), quod ad *lege . . tenebantur* relatum est. Sed ego (ut iam J) ex *quom* feci *quod*, ut semper post *eo*, *hoc*, *quo maior* dicitur. Cf. 16, ubi pro *quod* (sic Z) M1RJac *quam* ɔ: *quom*, M2, q *que.* Supra § 3, ubi contra B cum Büchelero: *Hoc*, *quod re v. ita est, quum* (sic MR), ego cum a2, c: *Hoc quum re v. i. sit et quum* (sic Z, sed — et fortasse recte —: *H. q. et re*, et J, sed ea *H. quod cum re*).

Liber IV.

Ep. 1. 6. Vulgo omnes: *habui concionem: omnes magistratus . . dederunt*; sed primum audire *eam* durius est, quamobrem Asc. et Crat. (falso) addiderunt *nomen*, M2 scripsit *decreverunt.* Ego ex mea conj. (ut iam „cd. Ursin." ipso probante) post *concioneM* addidi *quaM*; cf. 2, 3 *in concionem escendit*, *quam Appius ei dedit.* — **7.** B. cum Graevio: *Postridie senatus frequens (sc. fuit)*, *et omnes consulares*

nihil P. p. negarunt, melius ille quidem, quam ceteri, qui: *P. s. frequens et o. c.*; sed ineptissima illa copulatio per *et* est: oportebat esse: *P. s. fr.: o. c.* Ego puto Ciceronem scripsisse: *P. s. fr. fuit: o. c.*, ut post *f* omisso *fu* ex *it* factum sit *et*, non *Et* ex *Ens* ortum aut ex superiore *et* repetitum: in textu tamen scripsi: *P. s. f. † et.*

Ep. 2. 3. Vulgo: *hortatur, ut se . . sequantur et suam libertatem ut defendant.* Potuit Cicero scribere *ut . . s., ut s. l. d.*, etsi simplicius erat *ut . . s. et s. l. d.* vel *ut . . s., s. l. d.*: „ut . . s. et s. l. *ut* d." non potuit. Ego ex mea eademque Corradi et Seyfferti conj. ex altero *VT* feci *VI*: *vi defendant* rite ex contrario respondet ad praecedens „me *vi* conari in p. venire". — **4.** Vulgo: *religionis iudices pontifices fuisse, legis senatum* (sc. *fuisse*, nam audire *esse* non licet): *se.* Ego iam olim ante *SE* addidi *ESSE*, ut B. in ann. sua critica mavult quam cum Seyfferto: *l. esse sen.: se.* — Infra vulgo omnes soloece: *quum ad Cl. ventum est, cupiit.* Ego: *v. esset*: non simpliciter notatur id tempus, quo factum est, ut cuperet Cl. diem consumere, sed id, *post* quod id accidit; cf. Madv. § 357. — **6.** Ego, qui acquievi in Man. correctione *imp., quin, si vellem* (J, a2, c, l: *i., quin nisi v.*; Zb, MRβha, B: *i. Quod nisi v.*), *mihi esset* (sic vulgo; B: *esse*) *integrum*, deinde pro vulgato *aut, si* scripsi *ut aut, si* (B ex Hoffmanni conj. *ut, si*) et ex Jacl *possem aut votivam* (MRβh *possent v.*; B. cum Meutznero *possem, v.*): quam facile *ut* inter *integrū* et *aut* exciderit et *AVT* inter *M* et *VOT* vel post *posseNT*, facile apparet. Sic omnia sana sunt, nisi quod in sq. *† sumpsisse* (pro quo B cum a1 et fortasse C; *sumpsissem*) latet infinitivus aliquis praesentis temporis, qui sine dubio fuit, ut conj. Or., *suscipere*, et fortasse in *prope*, ut idem voluit, *pro P. R.*; nam *prope omnium fanorum, lucorum* cum Ern. et Baitero delere quis ausit? qui enim cuiquam in mentem venire potuit *o. f., l.* addere? *sumpsisse prope* quidem ex *susci pere* nasci potuit, aut etiam omisso *pere* ante *pro p. r.* ex *susci* fieri *sumpsisse*.

Ep. 3. 1. Vulgo omnes: *ea, quae in o. o. geruntur, si a me scribantur, quam quum ab aliis aut scribuntur aut nuntiantur.* Cur tandem Cicero scriberet *si scribantur*, sed *quum scribuntur . . nuntiantur*? Ego: *a me scribuntur.* Mβh etiam ex altero *scribuntur* fecerunt *scribantur*, sed servarunt *nuntiantur.* Omnia haec tria coniunctivo modo dicere, ut fecerunt Jac., causa nulla fuit, non magis quam *quae . . ger.*; nam in *non quo c. sint* (M *sunt*) inest „c. non *sunt*". — **2.** Vulgo: *quum iudicium nolebat.* Ego cum Man. et Madvigio: *q. i. † nolebat*; neque enim cum Popma audire *de se exerceri* licet neque cum Corrado dicere *nolebat* idem esse quod *fugiebat.* Quod Man. coniecit, *tollebat*, minime aptum est. Madv. desiderabat *proponebat* (sibi ob oculos) simileve aliquid, ɔ: cogitabat se accusatum iri. Fuitne *animo volvebat*? an *iud.* *** *nolebat*? an *i. evitare volebat*? — **3.** Vulgo: *minari. Proposita* et infra ex Man. conj.: *proscripsit Sestius se* (arch.: *p. se*). Ego: *minari: Milo pr.*; cf. quae sequuntur § 4 de Milone in campo *obnuntiante.* Excidit facile *MIlO*, inter *MI-*

narI et *prO.* Hic excidisse *Milo*, non, ut Klotzio visum est, post *proscripsit*, docent *Sestius* et *ille* in initio suae utrumque sententiae posita. — **4.** Vulgo: *nisi . . obnuntiasset, comitia futura. Ante.* Ego inter *futuRA* et *ANTE* addidi *ERANT*, quod Cicero quidem in huiusmodi sententia audiendum relinquere non potuit. — **6.** Vulgo: *nostris, ne . . essem, illo recusante s.* Ego: *n. et — ne . . e., i. r. — s.* (sic etiam Kayser, sed is minus perspicue: *n. et, ne . . e., i. r. s.*): ɔ: 1, pro f. n. et, quum ille recusaret, ne o. e. essem, 2, s. a. resp.

Ep. 4. b. 2. Vulgo: *tu fac venias et de l., si me amas, diligenter.* Ego: *amas, * d.* Excidit post *amaS* vel *cureS* vel (ut ψβ) *cura*: verbum in altero membro audiendi causa nulla fuit.

Ep. 5. Vulgo ex Z, MRβh: *Ain tu? an me.* Ego et Boot.: *Ain tu? me*, ex quo A. et F. fecerunt *Ain tu me me*, Jac *An tu me.* Post *Ain tu?* (= *Itane?*) nunquam additur *an*; ne potest quidem addi, sed continuo sequi necesse est, quod „tu ais". Aberrando ad *ain* in ZM repetitum est *an.*

Ep. 6. 1. B ex Pii conj.: *communi frueris nomine* (sc. servitutis): oportebat saltem esse, ut voluit Kayserus, *uteris.* Ego ex *fueris* (sic MRJachqψ. 2 Man.) transpositis tribus litteris et pro *f* scripto *ſ* feci *ſeruis*: sic „praecipuam habes *servitutem*" aptissime contrarium habet „c. *servis* n." (communem habes servitutem).

Ep. 7. 1. B ex Bücheleri conj.: *conturbat et idem.* Ego ex *conturbaret* (sic MR; Jacl: *conturbare*) *quidem* una littera mutata feci: *conturbat, et quidem.* De *et quidem* sic (und zwar) posito vid. lexx., ut de Div. II, 93. Att. II, 19, 1 est: *doleo, ac mirifice quidem.* Audiri *id* (= *idem*) ante *quod* facillime potest.

Ep. 8. a. 2. B: *ill. † valde. Et scribas.* Ego: *i. valde. Tu* (*et* cd. arch.) *s.* De *valde.* in clausula posito cf. 4, 2 *diligenter*, ann. ad Att. III, 13, 2. Ex *Tu* post *e* facillime natum est *eT.* Minus mihi probatur *i. Vale* (sic Gron.). *Tu s.*, ut voluit etiam Boot.; quid enim „illustrarunt *valde*" habet offensionis? — Deinde vulgo ex Mal. conj.: *si se gessere* (A et F: *sic egisse re*, MRJacβ, Oxx. *sic egisse*, h *sic gessere*). Ego: *si se gesserunt*; cf. ann. ad Fam. X, 19, 2.

Ep. 10. 2. Vulgo: *eaque, quae C. sint.* Ego: *sunt*; coniunctivi in tali periphrasi causa nulla fuit.

Ep. 15. 3. Vulgo: *facere. Debemus patrem f. d. s. occidere nolle.* Frustra viri docti illud defendere conati sunt. Cicero (ut viderunt Mal., Graev., Sch.) hoc dicit: ex eo, quod „Suffenas et Cato (ille de ambitu, hic de maiestate, cf. 16, 5) absoluti" essent, „Procilius (de caede patris familias) condemnatus", intellectum esse iudices illos ambitum puniendum non esse putare, caedem vero patris familias domi ipsius factum attentatamve legitima poena persequendam. Facile apparet posterius membrum (de patre f. domi suae occidendo) non minus quam prius (de ambitu) ex *intell. est* suspendi debuisse, non tam abrupte et ἀνακολούθως transiri a iudicibus ad „nos" (omnes homines); neque vero sq. „neque . . abunde" apte cum *Debemus . . occidere nolle* cohaeret. Ego: *facere, p. f. d. s. occidi nolle*, ɔ: iudices, quum Procilium condemnarunt, decla-

rarunt se scelus ab eo commissum poena dignum putare eoque condemnando prohibere velle, ne cives sic occiderentur, neque tamen id ipsum abunde fecerunt. Omisi *debemus* cum perbonis illis codicibus, quibus non paucae harum epistolarum emendationes debentur, Antoniano et Faernino atque, ut videtur, aliis Malespinae ipso probante; *occidi* ex Sch. conj. (qui tamen *debemus* retinebat) scripsi; neque enim illud quaeritur, quid iudices ipsi facere noluerint, sed hoc, quid ab aliis fieri suo iudicio vetuerint. Quum in antiquo aliquo codice, ut opinor, aberrando ad *facERE*, scriptum esset *occidERE* (etsi haud raro librarii in passivo infinitivo post *volo*, *nolo*, al. posito per se ipso offensi activum substituerunt), in eo, ex quo M eiusque cognati derivati sunt, additum *debemus* est. — **8.** Vulgo: *quam comitia fore*. Ego ex M: *q. c. † in fore*; latet aliquid in illo *IN*. Fuit sine dubio *EA*, quod paene necesse fuit addi, quo haec comitia (tribunicia) ab illis consularibus, de quibus scribitur § 7, facilius distingverentur; cf. 7, ubi MRJβψq, Bessar., Ambr. 16· *Ex comitia* (*comitiis*), vulgo recte ex Man. conj.: *Ea c.*

Ep. 16. 2. Excidit inter *esSeT* et *HAnC iTA* vel *SiC*; in eiusmodi enim comparationibus, praesertim quarum prius membrum longius sit, demonstrativum adverbium semper, puto, a Cicerone poni solet. — **4.** Vulgo: *sed scis, qui? quum*, quod Sch. vult esse: „sed num scis, quomodo *hoc* (quod „Vestorio non desum“) *mihi procedat*“: at id nemo ex *qui* audire potuit. Ego: *s. s., qui* (ɔ: qualis Vestorius) *sit: quum*; de Ciceronis sententia vide Popmam et de sqq. Schützium; audire *SIt* non licet, quod post *scIs quI* excidisse non mirum est. — **6.** B: *ut Domitius valeat amicis, adiuvetur † tamen non gratissimo munere.* Ego: *adi. t. nonnihil gr. m.* De *adiuvare aliquem aliquid*, *nihil*, *nonnihil* cf. Cat. M. § 1, Att. XII, 14, 2 et 3, 16, 1, Madv. § 229, a, 1. Excidit h. l. *nihil* vel, ut in M saepe scribitur, *nil* post *non*, ut haud raro (XI, 3, 2, II, 20, 6) *non* ante *nihil*. Potest defendi *tamen* audiendo sive *etsi iam* „*valet amicis*“ (cf. Fam. I, 9, 10, sc. etsi iam frater pertulerat) sive potius *etiamsi non valeret a.*, de qua ellipsi (per quam *et*, *atque*, *nec tamen* est = *et praeterea*) cf. Obss. in Sestianam p. 64, Madv. ad Fin. II, 84, Fam. II, 17, 4, ubi B. ex edd. vett. *nec tum*, ego ex M *nec tamen*, ɔ: et, etiamsi „verum fuisset me eas mittere“, tamen, coll. IV, 12, 3, VI, 1, 2, II, 15, 4, ubi, ut h. l. est *adi. tamen* (ɔ: *et adi. t.*, ut est in Jac), est *quem tamen* (ɔ: et, etiamsi ab eo impetrari potuisset, tamen eum), VI, 4, 1, ubi, ut Fin. II, 15, concessiva sententia, quae audiri poterat, addita est. Simplicius tamen erat cum Schützio scribere *etiam* pro *tamen*, de quibus confusis (h. l. sequente *n*) cf. Emm. T. D. III p. 3 de Q. F. II, 9, 2. al. — **8.** Vulgo ex Jacl: *basilicam iam paene texuit.* At dicitur *nidum*, *navem*, (etiam *domum*, *parietem*, sed *vimine*): *basilicam texere* dici non potuit. In Z, C, M1, Pall., ψ, R. est, ɔ: in arch. fuit *texerit*, ex quo ego feci *texerat* (ɔ: basilicae tectum iam p. absolverat, cf. Ov. F. III, 1, 14), sc. *quum haec scripsi*; etsi *texerit* etiam ex *texit*, ut est in M2, fieri potuit. Quod Klotzius scripsit *erexerat*, dicitur illud quidem de *turribus* similibusque aedificiis, sed de basilicis apte dici vix potest. — Infra B ex Jacl: *Ad quid laboramus res Romanas? non enim*, quod Man. sic explicat:

„*Quorsum igitur de* rebus R. l.? qui enim (ut tu) hoc monumentum contemnit, apparet eum de r. R. nihil laborare.“ Ut alia omittam, nunquam dicitur *ad quid* pro *quorsum* aut *rem laborare* pro *de re l*, neque ita sq. „non *enim*“ habet, quo referatur. Ego ex MRβψq, nisi quod pro *Ad* scripsi *At* et cum Lamb. marg. 1584 inter *laborAmuS* et *rES* addidi *hAbES*: *At quid id l.? Habes r. R.; n. e.*, ɔ: „At id (cf. Madv. § 229, 1, a), quid tibi hoc monumentum profuturum sit, nihil laboramus. Scripsi iam de *omnibus* rebus R.; non *enim* de *lustro* . . puto te quaerere“. De *Habes r. R.* cf. I, 14, 6, al. De *at* et *ad*, *id* et *it*, *quid* et *quit* alibi dixi. — Deinde ego et Boot. pro *quae . . fiant* scripsimus *fiunt* (ut etiam B. voluit): coniunctivi in hac periphrasi causa nulla fuit. — **9.** Vulgo *Sed haec mallem*: ego, ut de una sola re („celeritate reditus Attici“): *Sed hoc m.*

Ep. 17. 1—2. B: *committamus, † lepidum quo excidat. Consules.* Ego: *c. Lepidum* (sc. est, ɔ:, ut explicabat Lamb., l. spectaculum est videre), *quo † e.: c.* Fuit sine dubio aut *res recidat* (cf. Freund. II, γ, Quinctil. II, 10, 1 *Eo res recidit, ut*) aut, ut L. voluit, *res cadat: c.* — **3.** Miror neminem haesisse in hoc: *Consules . . rem ad senatum Detulerunt* (ɔ: simpliciter *nuntiarunt*, *indicaverunt*, melden). Ego: *Rettul.*, ɔ: *senatum consuluerunt, quid fieri censeret*; cf. de eadem re infra: *res ad s.* (relata est), *de ea re ita censuerunt.* — **4.** Vulgo: *etsi uberior liberalitas huius, gratior esse*; sed durius sic *erat* post *etsi* ex „*esse* v.“ (non „*erat*“) auditur. Ex *huiusce ratio*, ut est in M2 (in rasura), RJβh, Oxx., ego feci *huius erat, gr.* Omisso *ratg* ante *rat* librarius archetypi fecit *huiusce* ex *huiuse* et *ratio* ex *gratior.* — Infra vulgo: *Cuperem vultum tuum videre, quum haec legeres*, quasi vero illud dicatur: „*C . . v.*, quum h. l., *si legeres*“! Ego olim ex mea eademque, ut postea vidi, Gronovii conj.: *leges*: scilicet re vera lecturus illa erat Atticus. — Deinde vulgo soloece: *senatus hodie fuerat futurus*, quod extra epistolarum dicendi genus, si quidquam, hoc esset: *s. h. fuit f.*, ɔ: *fuisset* (nisi hoc aut illud factum esset), ɔ: *non fuit.* Ego olim et Boot. nunc: *s. h. erat f.*, ɔ: *est futurus* vel *erit*; cf. Fam. I, 2, 4, alia multa. Quid clarius quam librarium *fu* ex *fut.* anticipasse.

Ep. 18. 1. Vulgo: *attamen.* Ego *ac t.* — **2.** Vulgo: *amisimus omnem . . speciem pristinam civitatis.* Cicero *pristinam* saltem ante *omnem* posuisset. Ego: *pristinae civ.*, ɔ: pristinam civitatem non modo re, sed etiam specie amisimus; cf. ann. ad 19, 1 et frequens illud *pristina res p.* Hoc mendi genere nihil crebrius est. — Deinde ego inter *qaae* (*quE*) et *dElectet* addidi *mE*, quod h. quidem l. ante *in qua acquiescaM* deesse non potest, nam sine *me* ex *amisimus* audiendum erat *nos*, ɔ: omnes nos. — **4.** Vulgo: *datas a littoribus Britanniae proximo ante VI Kal. O.* Scribendum certe fuit *proxime*: nam, quod Charisius adverbium *proximo* Ciceroni tribuit, primum ea forma ex nullo omnino scriptore in lexicis laudatur, deinde in hunc saltem locum ne *proxime* (letztens) quidem convenit: potuit Cicero supra scribere *a Caesare accepi proxime* (vel potius, ut infra, *proximas*) *a. d. IX. K. Nov. litteras.* Ego et Madv. et Boot. scripsimus *proximis* (sc. Galliae et Italiae),

quod optime in eos convenit, qui „exercitum e Britannia reportabant“. An delendum est, ut fecit Sch., *proximo*, scilicet ut aberrando natum ex sq. *proximas?* nam, quaenam essent illa Britanniae litora, etiam sine *proximis* intelligi facile potuit.

Ep. 19. 1. Vulgo: *quod quum secus erit.* Ego malui: *q. quoniam s. e.*; nam *quum . . erit* sic explicare, quasi sit = *quum* (wenn) . . *esse videbis*, durius mihi videtur. Cf. de *quoniam* et *quum* etiam in epp. ad Att. haud raro confusis Em. p. 114 de 17, 1, ubi B. ex mea conj. scripsit *quoniam loca*, et p. 47—48 de XIII, 33, 3, ubi B. mecum: *illum, quum fuit.* — Infra vulgo ex Man. conj.: *illius n. rei p. germanam? † p.* Man. scilicet *germanam* (sc. *sororem*, sed Cicero nunquam *germanus*, *germana* sine *frater*, *soror* ponit) cum ironia dictum, quasi *prorsus dissimilem* et *plane mutatam*, putabat! Ego: *germanae* (sic a2, c; *germane* Zb — vide Bosii notam ad sqq. —, MRJ, a1, β — an hic *germana*?) *? *p.* Excidit *umbram* (cf. Off. III, 69 „*germanae* iustitiae solidam effigiem nullam habemus, *umbra* et *imaginibus* utimur“, de Re P. II, 52 „non in *umbra* et *imagine civitatis*, sed in amplissima *re p.*“, al.) vel *imaginem* (Agr. II, 88 *imaginem rei p. nullam reliquissent*, al.) vel *simulacrum* (Fam. X, 1, 1 „Nec leges ullae sunt nec i. nec omnino *simulacrum* aliquod ac vestigium *civitatis*“, al.) vel *umbram et imaginem* (Off. l. c., R. P. l. c.) vel *imaginem et simulacrum* (Sest. 30 „*i. et s.* iudiciorum in *civitate* reliquum“). An Cicero acerbius etiam scripsit: *g. ne umbram quidem*? cf. Att. VII, 11, 1 et de eadem hac re 18, 2; „non modo sucum ac sanguinem, sed etiam *colorem et speciem amisimus* (= ne umbram quidem aut imaginem reliquam habemus) *pristinae* (ɔ: *germanae*) *civitatis*“. *ImagiNĒ* quidem post *germaNE* excidere facillime potuit, *ne umbram quidĒ* facile. — Sequitur vulgo: *† Putavi de . . palam*, *inde.* Ego me tenere non potui, quominus Manutii conjecturam in textum reciperem: *peti vide* (cf. VII, 9, 3) . . *p.*, *vide*, in qua nihil offendere posse puto, nisi quod *peti* ante *vide* positum est; sed chiasmum quendam faciunt *peti vide* et *vide absolutum.* Aptissime post *Quin tu advolas et invisis . .?* (= Tu huc *advola* et *invise*, cf. Madv. § 351, b, n. 3) sic in explicando pergitur: *vide . . vide*; etsi potuit Cicero etiam dicere *videbis . . videbis* (cf. VIII, 11, 4). — **2.** B. ex ingeniosa Mommsenii transpositione: *Gabinium. † Dictaturam fruere . . licentia. Perspice.* Ego: *G., d. † fr. . . lic.; p.*; nihil est enim, cur non hoc quoque *dictaturam fervere* (sic Mommsen. conj., vel, ut Zb, *fluere*) . . *lic.* ex illo *vide* pendeat, neque vero puto quidquam impedire, quominus *perspice* cum *vide . . vide* iungatur.

Liber V.

Ep. 3. 3. B. ex Man. conj.: *Beneventi cogitabam hodie. Nostra continentia et diligentia [esse satis] faciemus satis*, et poterat *satis* ex sq. *satis* esse petitum, sed unde, quaeso, *esse* natum est? Ego: *B. c. h.: n. c. et d. † esse satis f. s.* Graev. ex altero *satis* fecit *cunctis*, quum,

ut Man., de *provincia* administranda illud *c. n. et d. f. s.* dici putaret; sed hoc cur post „*Beneventi* c. h.“, et quidem tam breviter, Cicero adderet? In *esse satis* sine dubio latet eius significatio, cui Cicero satisfacturus erat, *Beneventi*: quid ergo, si *esse satis* ex *ei civitati* factum est? Omisso *civI* post *eI*, ex *tati* aberrando ad *satis* natum esse *satis* mirum non est, nec pro *ei* scribi *esse* (ẽẽ) non potuit. De Ciceronis in *itinere* per oppida faciendo continentia cf. 9, 1 „*Ego . . traducamus*, 10, 2 „Adhuc (Athenas tum Cicero venerat) sumptus . . ab hospite“, 11, 4 „Nos adhuc *iter* per *Graeciam* summa cum admiratione (sc. *continentiae* meae, vide sqq.) facimus“, al.

Ep. 4. 1. B: *† Ac me ille illud quidem labat, non quo, sed.* Ego: *Ac † me . . quo.* Cicero sine dubio scripsit: *Ac mi ille* (ɔ: Dolabella) *q. placet* (sc. gener), *non quo . . ., sed*, ut per aposiopesin audiatur *plane is mihi gener satisfaciat*, etsi tale aliquid etiam excidere potuit. Vidit Sch. sententiam, quum scripsit: *Ac mi illud q. lubet, non quo . . ., sed* et in *illud* audivit „consilium de filia Dolabellae collocanda“; sed, quoniam sequitur „De illo altero, *quem* . . alienum“ (sc. generum), Cicero non potuit scribere *illud*, sed, ut librarius archetypi prius scripsit, *ille*, ex quo ante *q* iterando fieri *illud* facile potuit; sq. *eo* igitur simpliciter est *Dolabella*, non *ea conditione*, *eo matrimonio.* Ex *mille*, ɔ: *mi* (ut saepe in M scribitur) *ille*, facillime factum est *me ille*; de *me* pro *mi* scripto alibi dixi. — **3.** Vulgo: *et, ut agam amplius.* Frustra Man. et Sch. hoc sic explicant, quasi sit = *ut vehementius (plus) . . etiam a te contendam*, quod dici sic posse iure negavit Mal. Ego: *et, ut † agam*; etsi Mal. conj., *ut ne angar*, mihi tam certa videtur, ut in textu ponenda fuerit; vide Mal. Inter *VT* et *AN* facillime excidit *NE*, et ex *āgar* factum est *agā.* — Deinde pro *mea captio est* Sch. recte scripsit *mea cautio est*, sed inter *decsSE* et *MEA* addendum est *SEd EA*, etsi *ea* etiam post *mea* excidere potuit; de *etsi . ., sed* saepius dixi. *Captio* hic locum nullum habet, vid. lexx. — **4.** Vulgo: *ducentos*, in quo audiunt „sestertios de mea pecunia ad emendam chartam. Ego: *ducentas*, sc. chartas ex mea chartarum copia: sic sq. *in eo* simpliciter est *in ea re*, ɔ: in utendis iis, quas multas habeo, chartis. — Deinceps B: *significat. Dum a . et . rumores vel etiam, si qua . . Caesare*, (sc. *scribas*) *exspecto. Litteras et* (sic Stinner. conj., nisi quod ille, ut vulgo: *e. l., et*) *aliis et Pomptino . . dabis* (sic Boot. conj.). Ut alia omittam, cur Cicero in hanc sententiam non simpliciter sic scriberet: „De actis et r. vel etiam, si . . C., *tuas* (vel *a te*) *exsp. litteras: eas* et aliis et P . . d.“? Ego: *ducentas — etsi . . significat —, dum* (ɔ: dummodo) *a. et r. perscribere velis* (sic etiam Gron., sed is sine *perscribeRE*, quod audire vix licet, sed post *rumoREs* excidere facile potuit): *et iam, si* (*vellet iam* MRJacl) *quā* (A et F fortasse vere *si quae*) . . C., e. l., et *alias P.* (sic MRJacl) . . *d.* Recte inter se respondent *et* (sowohl) *iam* (ɔ: nunc statim) *e. litteras* (*breviores*) et „*alias Pomptino* (qui post ad me venturus est) *d. o. r. diligentes* (ɔ; diligenter scriptas, vel, ut vulgo ex Ern. conj., *diligenter*, cf. 9, 2) *d.*“

Ep. 6. 2. B: *Illud tamen non desinam, dum adesse putabo, te*

de C. n. p. Om. *te* MRJacqψ. Ego *te* posui post *tamē*; sic enim commodius *te* in *adesse* audiri potest.

Ep. 10. 1. Vulgo ex Man. conj.: *VII. Kal. Q.* Ego ex *XV* (sic MRJac) feci *VI*; cf. 11, 4, ubi Cicero *pr. Non. Q.* Athenis proficiscens scribit se *decem* dies ipsos ibi fuisse; a *VI.* autem Kal. Q. usque ad pr. Non. X. dies sunt. — **3.** Vulgo: *fronte, ut puto, et.* Ego: *fr. et*; nam *ut puto* saltem post *vultu* ponendum fuit, ut quod cum *bellissime* artissime cohaereret. Aberrando ad praecedens *et puto* in archetypo additum est *ut puto.* — Infra vulgo ex Jacl: *in o. genere stultitiae insulse, arroganter.* Oportebat certe esse *i. et arr.* Ego ex *insulsi* (sic MRβ) feci *insulsae*, cf. Plaut. Mil. Gl. III, 3, 5; sed, quoniam in C *stulte* fuit, vide, ne Klotzius recte scripserit: *stulte, insulse, arr.* — **4.** B: *† ac non modo nemo modo ne Roma quidem quisquam ut sciremus.* Ego: *ac n. m. nemo † modo ne R. q. q. *, ut sc.* Cicero sine dubio scripsit: *ac n. m. n. domo* (sic ego, et Klotz. ex Kayseri conj. et Madv. Adv.), *sed ne R. q. curavit* (vel *fecit* vel *scripsit*), *ut sc.* (cf. 10, 5). Kayser. et Klotz.: *domo venit, sed ne R. q.*, sed *venit, ut* — damit — *sc.* Ciceronis vix est. Inter *quisqVĀ* et *VT* excidere *curAVIT* facile potuit: de *curavit, ut sc.* cf. 9, 2, al. — **5.** B. cum Man. et L. 1584: *Athenae delectarunt, turbae* (MRq *turbe*) *d. et urbis ornamentum* (MRJacl) *et h. amores* (MRJacl) *in te et in nos quaedam* (F. et Bonon.) *benev.* Ego ex mea conj. et Klotzius ex sua: *d., urbe* (M margo, Bessar.; *urbs* vc., plerique Mal.) *d. et u. ornamento et h. amore* (sic C) *in te et in nos quadam* (C, MRJ, plerique Mal., in iis A) *b.* Repetitum est in M *t* ex *delectarunT.* Scripto *turbe* (ɔ: *turbae*; debebat certe esse *turba*, vid. lexx.) factum est *ornamentū* ex *ornamento* et *amores* (qui pluralis h. l. ineptissimus est) ex *amore* et *quaedam* ex *quadam.* De „me *Athenae* d., *urbe* d.“ cf. de eadem re VI, 1, 26 „Equidem valde *ipsas Athenas* (ɔ: ipsam *urbem* A.) amo“. Ceterum asyndeton, quod est in MR, a1, Oxx., *in te, in nos* multo aptius mihi videtur, quam, ut in C, J, a2 est, *in te et in nos.* — Deinde B: *sed multum ea* (sic C, nonn. Mal., βh, a2; *m. ea a* R; *multae a* M) *philosophia s. d.* At, *ea* quo referri possit, nihil est; nam *ea* pro *eius urbis* vel *ea, quae ibi est* dicere vix licuit. Latet sine dubio in *ea* verbum aliquod, quo cum *sursum deorsum* iuncto reprehenditur Attica, quae tum erat, ph., ut *commeat*: quare ego: *s. m. † ea p.* Ipsum *sed* declarat Ciceronem aliquid posuisse superioribus Athenarum laudibus contrarium.

Ep. 12. 1. Vulgo: *confecimus. Iam nosti a. Rh.* Ego ex mea conj., ut iam Pius: *f.: nam n. a. Rh.* Neque enim ad novum aliquid transitur, sed explicatur, cur dictum sit: *citius, quam vellemus*; cf. 13, 1 „Navigavimus . . *tardius propter a. R. imb.*“

Ep. 15. 1. B: *quam me negotii taedeat. Non habeat . . cesset? Q.* Ego: *q. me n. t.: non* (Klotz. in eandem sententiam: *t., non*) *. . cesset. Q.*, ut *non . . c.* explicatio sit, cur Ciceronem negotii taedeat, cum pendenti interrogatione *q. m. n. t.* coniuncta (= *quum* non h . . cesset; cf. F. X, 23, 3 „*ut haberet:* non . . *interciperetur*“); sed tamen fieri potest, ut Cicero scripserit: *taedeat: non habet* (Rβh) . . *ces-*

sat (h). *Q.* Ceterum male vulgo: *cursus animi et industriae meae praeclara opera*; sic enim saltem scribendum fuit *c. a. mei et i. p. o.*, nam ex priore sententia in posteriore audiri poterat *meae*, non contra *mei.* Ego, ut iam L. 1584: *c. a. et i. meae, p. o.* (sc. *mea*). — **3.** B: *feremus, modo, si mea amas, [sit annuum,] assis tu*, quasi *sit a.* ex § 1 repetitum sit, quod per se ipsum parum verisimile est; sed, ut in vulgata scriptura, sic in Baiteri vehementer offendit *si me amas*, quod cum *modo* iungi nullo modo potest: scribendum certe fuit: *modo, ut fiet (facies), si me a.* Ego: *f., m. sit annuum* (cf. § 1): *si me a., assis tu.* De orandi formula *si me amas* cf. IV, 19, 2 *tu, si me amas, apud me c. t. maneas*, ubi B ante *apud* addidit *fac*; sed, si *amabo te* non solum cum imperativo ponitur (17, 3, VII, 1, 4, al.), sed etiam cum *ut, ne* et cum coniunctivo sine *ut* (F. XV, 17, 4 *amabo te, . . memineris*, Q. F. I, 4, 1 *A. te, ne . . assignes*, al.), cur *si me amas* item poni non potuit? Aberrando a *sit* ad *si* in arch. transpositio illa trium verborum facillime facta est. — Infra vulgo ex M1, Oxx.: *† Plura scribam tarde tibi redituro, sed.* Ego: *P. s. *** t. t. redditum iri* (Z *redditu iri*, margo M *redditu ire*), *sed.* Excidit *alias* (additum iam in a2, c — ex C?): *has litteras* (vel *has* sc. *litt.*) *putabam t. t. r. iri, sed* simileve aliquid: sic Or. coniecit, sed is, ut Gron., minus apte *sciebam*; de *putabam* cf. de simili re VI, 9, 4 et de simillima VII, 1, 1 „Dederam . . Saufeio litteras . ., quod hominem tibi tam *familiarem* sine meis l. ad te venire nolebam; sed . . *has tibi redditum iri putabam prius.* De *Plura s. alias* cf. F. II, 7, 3, al. Post *scriBAM*, non mirum, si excidit *a.: h. l. putaBAM*; quod in marg. M, 2 Mal., Ambr. 16 fuit *scribebam*, fortasse ex ipso illo natum est.

Ep. 16. 3. Vulgo: *mehercule etiam adventu n.*, quasi novum quidquam adiungatur, ac non explicetur, cur illi „concursus (provincialium hominum) fiant“. Ego: *m. iam a. n.* (Lamb. audacius: *et m. iam a. n.*): aptissime per *iam* insignitur *adventu n.* (schon bei unserer — bloßen — Ankunft). De *etiam* pro *iam* post *e* scripto cf. Obss. in Sest. p. 21 (Sest. 26). Ceterum, si quidquam, hoc sole clarius est, distinguendum ita esse, ut voluit Kayser.: *reviviscunt* (sc. provinciales homines; iteratur, quod supra est, *Levantur t. miserae civitates*, cf. VI, 2, 4): *iustitia* (enim), *a., cl. tui C. opiniones omnium* (pr. hom.) *superavit* (cf. de eadem re 18, 2 *incredibilis videtur nostra et mansuetudo et abstinentia*, 21, 5), omisso *itaque*, ut ex superioribus male repetito, quod remedium multo quum lenius, tum salutarius est quam illud Moseri, cum quo B scripsit: *rev., i . . Cic.: ita o. o. s.*, in qua scriptura vehementer offendit quum *adv. n. iustitiâ t. C.*, tum quod verbi *superavit* subiectum audiendum relictum est: Cicero certe scripsisset *superavi*, ut 21, 5 *vicimus.*

Ep. 18. 1. Vulgo: *in oppido Antiochiae* (M: *Anthiocie*). Ego: *in o. Antiochia*; genitivus enim definitivus sic positus, ut in *tellus Ausoniae* et *Buthroti urbs* (Virgil.) et *promontorium Pachyni* (Liv.) Tullianae aetatis non est; cf. Madv. § 286, n. 1.

Ep. 20. 2. Vulgo: *Inde oppidis iis . . mirabiliter accepti.* De

de C. n. p. Om. *te* MRJacqψ. Ego *te* posui post *tamē*; sic enim commodius *te* in *adesse* audiri potest.

Ep. 10. 1. Vulgo ex Man. conj.: *VII. Kal. Q.* Ego ex *XV* (sic MRJac) feci *VI*; cf. 11, 4, ubi Cicero *pr. Non. Q.* Athenis proficiscens scribit se *decem* dies ipsos ibi fuisse; a *VI.* autem Kal. Q. usque ad pr. Non. X. dies sunt. — **3.** Vulgo: *fronte, ut puto, et.* Ego: *fr. et*; nam *ut puto* saltem post *vultu* ponendum fuit, ut quod cum *bellissime* artissime cohaereret. Aberrando ad praecedens *et puto* in archetypo additum est *ut puto.* — Infra vulgo ex Jacl: *in o. genere stultitiae insulse, arroganter.* Oportebat certe esse *i. et arr.* Ego ex *insulsi* (sic MRβ) feci *insulsae*, cf. Plaut. Mil. Gl. III, 3, 5; sed, quoniam in C *stulte* fuit, vide, ne Klotzius recte scripserit: *stulte, insulse, arr.* — **4.** B: *† ac non modo nemo modo ne Roma quidem quisquam ut sciremus.* Ego: *ac n. m. nemo † modo ne R. q. q. *, ut sc.* Cicero sine dubio scripsit: *ac n. m. n. domo* (sic ego, et Klotz. ex Kayseri conj. et Madv. Adv.), *sed ne R. q. curavit* (vel *fecit* vel *scripsit*), *ut sc.* (cf. 10, 5). Kayser. et Klotz.: *domo venit, sed ne R. q.*, sed *venit, ut* — damit — *sc.* Ciceronis vix est. Inter *quisqVĀ* et *VT* excidere *curAVIT* facile potuit: de *curavit, ut sc.* cf. 9, 2, al. — **5.** B. cum Man. et L. 1584: *Athenae delectarunt, turbae* (MRq *turbe*) *d. et urbis ornamentum* (MRJacl) *et h. amores* (MRJacl) *in te et in nos quaedam* (F. et Bonon.) *benev.* Ego ex mea conj. et Klotzius ex sua: *d., urbe* (M margo, Bessar.; *urbs* vc., plerique Mal.) *d. et u. ornamento et h. amore* (sic C) *in te et in nos quadam* (C, MRJ, plerique Mal., in iis A) *b.* Repetitum est in M *t* ex *delectarunT.* Scripto *turbe* (ɔ: *turbae*; debebat certe esse *turba*, vid. lexx.) factum est *ornamentū* ex *ornamento* et *amores* (qui pluralis h. l. ineptissimus est) ex *amore* et *quaedam* ex *quadam.* De „me *Athenae* d., *urbe* d.“ cf. de eadem re VI, 1, 26 „Equidem valde *ipsas Athenas* (ɔ: ipsam *urbem* A.) amo“. Ceterum asyndeton, quod est in MR, a1, Oxx., *in te, in nos* multo aptius mihi videtur, quam, ut in C, J, a2 est, *in te et in nos.* — Deinde B: *sed multum ea* (sic C, nonn. Mal., βh, a2; *m. ea a* R; *multae a* M) *philosophia s. d.* At, *ea* quo referri possit, nihil est; nam *ea* pro *eius urbis* vel *ea, quae ibi est* dicere vix licuit. Latet sine dubio in *ea* verbum aliquod, quo cum *sursum deorsum* iuncto reprehenditur Attica, quae tum erat, ph., ut *commeat*: quare ego: *s. m. † ea p.* Ipsum *sed* declarat Ciceronem aliquid posuisse superioribus Athenarum laudibus contrarium.

Ep. 12. 1. Vulgo: *confecimus. Iam nosti a. Rh.* Ego ex mea conj., ut iam Pius: *f.: nam n. a. Rh.* Neque enim ad novum aliquid transitur, sed explicatur, cur dictum sit: *citius, quam vellemus*; cf. 13, 1 „Navigavimus . . *tardius propter a. R. imb.*“

Ep. 15. 1. B: *quam me negotii taedeat. Non habeat . . cesset? Q.* Ego: *q. me n. t.: non* (Klotz. in eandem sententiam: *t., non*) *. . cesset. Q.*, ut *non . . c.* explicatio sit, cur Ciceronem negotii taedeat, cum pendenti interrogatione *q. m. n. t.* coniuncta (= *quum* non h . . cesset; cf. F. X, 23, 3 „*ut haberet*: non . . *interciperetur*“); sed tamen fieri potest, ut Cicero scripserit: *taedeat: non habet* (Rβh) *. . cessat* (h). *Q.* Ceterum male vulgo: *cursus animi et industriae meae praeclara opera*; sic enim saltem scribendum fuit *c. a. mei et i. p. o.*, nam ex priore sententia in posteriore audiri poterat *meae*, non contra *mei.* Ego, ut iam L. 1584: *c. a. et i. meae, p. o.* (sc. *mea*). — **3.** B: *feremus, modo, si mea amas, [sit annuum,] assis tu*, quasi *sit a.* ex § 1 repetitum sit, quod per se ipsum parum verisimile est; sed, ut in vulgata scriptura, sic in Baiteri vehementer offendit *si me amas*, quod cum *modo* iungi nullo modo potest: scribendum certe fuit: *modo, ut fiet (facies), si me a.* Ego: *f., m. sit annuum* (cf. § 1): *si me a., assis tu.* De orandi formula *si me amas* cf. IV, 19, 2 *tu, si me amas, apud me c. t. maneas*, ubi B ante *apud* addidit *fac*; sed, si *amabo te* non solum cum imperativo ponitur (17, 3, VII, 1, 4, al.), sed etiam cum *ut, ne* et cum coniunctivo sine *ut* (F. XV, 17, 4 *amabo te, . . memineris*, Q. F. I, 4, 1 *A. te, ne . . assignes*, al.), cur *si me amas* item poni non potuit? Aberrando a *sit* ad *si* in arch. transpositio illa trium verborum facillime facta est. — Infra vulgo ex M1, Oxx.: *† Plura scribam tarde tibi redituro, sed.* Ego: *P. s. *** t. t. redditum iri* (Z *redditu iri*, margo M *redditu ire*), *sed.* Excidit *alias* (additum iam in a2, c — ex C?): *has litteras* (vel *has* sc. *litt.*) *putabam t. t. r. iri, sed* simileve aliquid: sic Or. coniecit, sed is, ut Gron., minus apte *sciebam*; de *putabam* cf. de simili re VI, 9, 4 et de simillima VII, 1, 1 „Dederam . . Saufeio litteras . ., quod hominem tibi tam *familiarem* sine meis l. ad te venire nolebam; sed . . *has tibi redditum iri putabam prius.* De *Plura s. alias* cf. F. II, 7, 3, al. Post *scriBAM*, non mirum, si excidit *a.: h. l. putaBAM*; quod in marg. M, 2 Mal., Ambr. 16 fuit *scribebam*, fortasse ex ipso illo natum est.

Ep. 16. 3. Vulgo: *mehercule etiam adventu n.*, quasi novum quidquam adiungatur, ac non explicetur, cur illi „concursus (provincialium hominum) fiant“. Ego: *m. iam a. n.* (Lamb. audacius: *et m. iam a. n.*): aptissime per *iam* insignitur *adventu n.* (schon bei unserer — bloßen — Ankunft). De *etiam* pro *iam* post *e* scripto cf. Obss. in Sest. p. 21 (Sest. 26). Ceterum, si quidquam, hoc sole clarius est, distinguendum ita esse, ut voluit Kayser.: *reviviscunt* (sc. provinciales homines; iteratur, quod supra est, *Levantur t. miserae civitates*, cf. VI, 2, 4): *iustitia* (enim), *a., cl. tui C. opiniones omnium* (pr. hom.) *superavit* (cf. de eadem re 18, 2 *incredibilis videtur nostra et mansuetudo et abstinentia*, 21, 5), omisso *itaque*, ut ex superioribus male repetito, quod remedium multo quum lenius, tum salutarius est quam illud Moseri, cum quo B scripsit: *rev., i . . Cic.: ita o. o. s.*, in qua scriptura vehementer offendit quum *adv. n. iustitiâ t. C.*, tum quod verbi *superavit* subiectum audiendum relictum est: Cicero certe scripsisset *superavi*, ut 21, 5 *vicimus.*

Ep. 18. 1. Vulgo: *in oppido Antiochiae* (M: *Anthiocie*). Ego: *in o. Antiochia*; genitivus enim definitivus sic positus, ut in *tellus Ausoniae* et *Buthroti urbs* (Virgil.) et *promontorium Pachyni* (Liv.) Tullianae aetatis non est; cf. Madv. § 286, n. 1.

Ep. 20. 2. Vulgo: *Inde oppidis iis . . mirabiliter accepti.* De

eadem re 14, 3 dicitur: „Nos *Asia accepit admirabiliter*, quod passive est: „*ab* (vel *in*) A. accepti sumus a.“, non: „Asia a. s. *a*.“ Ego: *J. in opp.*; an *J. ab o.*? neque enim *iis o.* potest esse = *per* (in — umher) *ea opp.*; cf. ann. ad 21, 5. — Deinde ego inter *eraNT* et *MIRab.* addidi *IN ITINeRe*, quod B. inter *quae* et *erant* excidisse coniecit. — **3.** B: *discessimus; scis enim . . πολέμου. Rumore . . Parthis timor iniectus est* (vulgo in eandem sententiam: *d. Scis . . π. R . . est*, quasi vero per „scis *enim . . π.*“ explicetur, cur Cicero ab Amano discesserit (*victor*, cf. priora: „Hic . . sumus“)! Ego: *d.* * — *s. enim . . π.* —, *r . . est.* Interiecta, ut fit, per parenthesin est explicatio causae Parthorum timoris. Excidit *Interim* (sic Jacl) vel simile aliquid. — **5.** B: *quibus equis exceptis.* M1 post *quoquE* scripsit *E quibus exc.*, ex quo marg. M et J (e meliore aliquo cod.?) recte fecerunt *quibus e.*, M2 aut teste Furia *ēqs* (ɔ: *equitibus*, cf. VI, 1, 14, ubi M., cdd. Mal. *eq.*, R — ante *erit* — *eque* pro *equitum*, 2, 7, ubi J *equitibus* pro *e quibus*, al.) aut teste B., ut Racl, *equis.* Ego in Emm. p. 34 demonstravi „*equis* exc.“ a Cicerone scribi non potuisse et, quoniam Furiae (Orellio) credabam in M desse *exc.*, conieci: *m.*, *quibus reliquam* aut, si M *exc.* haberet, *m.*, *q. captivis exc.* Nunc, quoniam Baitero de *exc.* credo, post *quibVS* addidi *captiViS* (qui ex praeda militibus concessa excepti pro *mancipiis* „venibant Sat. tertiis“.

Ep. 21. 1. Vulgo mire: *hoc me t. consolor; non spero te i. iucunde h.*, quasi Cicero tam malevolus in amicum suum fuerit, ut iniucundam eius in Epiro commorationem esse speraret. Madvigius meus mutata una littera locum sanavit: *h. me t. c. uno: sp . . h.* Omisso *u* ex *no* factum est *nō.* Iam Asc. 3 mendum vidit, sed ex *non* parum probabiliter fecit *quod* (cf. I, 17, 2). — **5.** B: *Is, ceteroqui abstinens, [sed] Iulia lege transita* (sic Rac), *semel tamen in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis, [praeter eum semel nemo accepit] facit, ut.* B primum audacissime delet *sed*, quod quo errore aut qua interpolatione addi potuit? Deinde L. Tullium non plus accepisse, quam lege Iulia liceret („legem J. tranisse“), sed minus etiam, vel ex eo apparet, quod sequitur „semel t. in diem, non, ut alii (legis Iuliae permissu, sed abusu) s., o. v.“; cf. 10, 3 et 16, 3, ubi Cicero gloriatur se comitesque suos „non-modo foenum aut *quod* (aliud) *lege Iulia dari solet non accipere*“, ex qua laude h. l. excipit unum, L. T. legatum, quem lege Iulia accepisse ait, sed tamen modeste, non plus quam in singulos itineris dies opus esset. Denique quid B. in „semel . . vicis“ audit? *transita* an *accipiens*? At illud audire ineptissimum est, hoc unde assumere licet? Ego: *Is c. a., sed † J. l. transitam* (sic M, plerique Mal., 3 Man., qβh, J), *s. t. in d.*, *praeter . . accepit facit.* Cicero, puto, scripsit: *Is, c. a., sed qui* (excidit facile *qVI* ante *IV*) *I. l. transitans* (sic Man. conj., ex M facto *NS*) — *semel* (= *s. tantum*) *t., non . . s., ex* (vel *ab* vel *in*) v. — *acceperit, facit.* De *abstinens, sed qui . . acceperit* vid. Madv. § 364, n. 1. *Transitans* (sc. provinciae oppida vicosque) aptissimum est; etsi „ἅπαξ λεγόμενον“ est; sed in antiquis, qui exstant, libris quam multa semel tantum leguntur! Addidi *ex* (vel *ab* vel *in*) ad *s. vicis*; nam *vico accipere* Cicero

dicere non potuit, cf. ann. ad 20, 2. In *Praeter . . accepit* glossema aliquod inesse vidit iam Graevius: scilicet in margine antiqui alicuius codicis ascriptum ad „semel . . vicis“ fuit, etsi falsa interpretatione (vid. Gr.); deinde in cd. archetypum insertum illud ipsum *acceperit*, ut fit, textu expulit. Ceterum vide, ne ex perbono Antoniano, cod. Caroli, Jacl ante *facit* addendum est *hic*; cf. Madv. ad Fin. V, 22, Phil. II, 101, alia multa. — **12.** B. ex sua conj. soloece: „Quid opus est“, inquam, „quam *ut* rationes conferatis?“ Addendum certe etiam *aliud* post *quid* fuit, sine quo *quam* sequi non potest, *nisi* debet (sc. „clamare“). Omittam „opus esse, *ut*“ nisi ex Plauto non laudari; nam Cicero ipse XI, 8, 1: *contendas opus est.* Ego: „*Q. o. e.?*“ *i.*: „*r. c. licet*; an fuit *conferetis* (ɔ: conferte)? In MRJacβh, Ambr. 16. *quam* ex *inquam* fluxit.

Liber VI.

Ep. 1. 1. Vulgo: *Iis i. respondebo — SIC enim postulas —, nec*, etsi iam Victorius vidit, quod sole clarius est, post *resp.* excidisse aliquid, quo diceretur, *quomodo* Atticus ut sibi *responderetur postulasset*, et quidem graecam aliquam vocem: tantum postulare, ut Cicero sibi responderet, quid opus fuit? Vidit quidem Lambinus 1584 omissum esse χρύσεα χαλκείων, sed tamen male scripsit: *I. i. r. χ. χ. — sic*, neque enim Cicero tam immodestus fuit, ut se *aurea aeneis* (quod Atticus postulaverat) responsurum scribere potuerit. Ego: *I. i. r., non χρ. χ. — s. e. p. —, nec*; sic enim Ciceronem scripsisse illud clamat, quo responsum suum § 22 concludit: „Habes ad omnia, *non, ut postulasti*, χρύσεα χαλκεῖων, sed paria paribus respondimus“. Eadem illa modestia pergitur: „nec *οἰκονομίαν* meam instituam, sed ordinem conservabo *tuum*“ (etsi hic perturbatior fuit, vid. 11 et 17). — **2.** Vulgo: *quid dicam de illius praefectis, comitibus, legatis? etiam de rapinis?*, quasi *de rapinis* novum quiddam sit ad *de . . leg.* adiunctum, ac non hoc dicatur: „q. d. de . . *legatorum rapinis*, lib., cont.?“. Ego: *leg. etiam? de*, ɔ: de illius non modo praefectis et comitibus, sed *etiam* (= vel) legatis (qui ad propraetorem ipsum propius accedunt quam pr. et comites). — **3.** B ex Ern. conj. *nec id satis efficit.* Ego ex archetypo: *nec † id s. efficitur*, quum magis probarem meam eandemque Orellii conj.: *nec ita s. efficitur*, cf. 6, ubi M2 *idque* pro *itaque*, ann. ad F. II, 16, 3. — **9.** Vulgo: *propter casum navigandi.* Ego: *p. casus n.*: navigatio non unum aliquem casum habet, sed plures. Ex *s* ante *NA* factum *M.* — **11.** Vulgo: *Sed enim, οἰκ.*, quod si verum est, sic explico: *Sed* noli mirari rerum, de quibus scribo, ordinem; *nam*, „*οἰκ.* si perturbatior est, tibi assignato, te enim sequor σχ.“; cf. notissimum illud *At enim*; desidero tamen exempla *sed enim* sic positi; quare ego: *Sed [enim], οἰκ.*: aberrari facile potuit ad sq. *te enim.* Ceterum puto excidisse *MEA* post *οἰκονοMIA*, cui ex contrario respondent *tibi* et *te*; cf. 1 „*οἰκ. meam . . ordinem tuum*“. — **15.** Vulgo: *quod duobus generibus edicendum putavi.* Madvig. (vid. Fin. II, 9) hunc locum parum recte in eorum numerum refert, quibus *genus* fere est = *modus* (ut etiam T. D. III, 11;

Fam. III, 8, 5 *hoc genere delectaris, ut . . attribuas* = hac *ratione agendi*): agitur enim hic non de modo edicendi, sed de partibus edicti: *generibus* est = *g. rerum*, quod satis declarant, quae sequuntur: „*quorum unum* est provinciale, in quo est *de* rat. civ. . ., *alterum . . de* her. . .; *tertium de* r. iure . .", et maxime, quod de tertio genere dicitur, „me *de eo genere* mea decreta ad edicta urbana acc." Ego igitur inter *quoD* et *Duobus* inserui *De.* 2, 4 *his duobus generibus* est = *h. d. rebus*; cf. sq. „Hac *re*" et „Accessit *altera*". — Infra, ubi vulgo est: *graves habent, Turpionem*", ut *habent* sit haben. Ego: *g. h. T.*, ɔ: vestri (Epicurei) scilicet graves iudices, non „nugatores", Romae in urbanis causis putant tales homines, quales sunt Turpio s. et Vettius manceps.

Ep. 2. 8. Vulgo: *tibi nescio* vel *t.*, *n.* Terentius dixit (Heaut. III, 1, 45) *Sit, rogas?* pro *Sitne, r.?*, nec obscure, quoniam praecedit: „Est*ne* ea intus?". Ciceronem nisi in disiunctivis interrogationibus pendentibus interrogandi particulam unquam omisisse equidem pernego. Ego h. l.: *tibiNE, NEscio.* VII, 11, 4 ego: *nescio, isticine, sed*; inter *istIc* et *sEd* facile excidit *InE.* VII, 26, 3 non mutavi, quod vulgo est: *et ego? nescio*, sed tamen Cicero sine dubio scripsit *et* (ɔ: etiam) *egone, n.* aut, ut R, *num et e., n.* XV, 6 (ep. Hirtii), 2 post *RurE* addidi *nE*; an Cicero sic, ut Mal., distingui voluit: *Rure i. r., quaeris, an . . faciam. E.?* De Legg. I, 3 ego ex cd. Par. A cum L mg. 1584 (ɔ: cd. Lambini): *responderis, A., certene* (vulgo: *certe*) *non l.* Recentiores scriptores nostro loco pro sua consuetudine dixissent: „*an* tibi, *n.* (vel *n., an t.*), Catoni *certe* probabo", cf. Plin. Ep. IV, 11 „*nescio, an* innocens, *certe* tamquam innocens ducta est, I, 15 „invidisti, *nescio, an* tibi, *certe* mihi", VIII, 24, 14, VII, 12, II, 2, in., 12 in., L. Sen. ep. 117 „in re, *nescio, an* falsa, *certe* inutili", 29, in., Q. Nat. VII, 23 in., M. Sen. Controv. IV, 28.

Ep. 6. 1. Vulgo: *putaram ego, qui . . miseram.* Debebat certe esse: *p. e., qui (etiam) . . miserim.* Ego ex Madv. conj.: *p. ego, quin . . miseram.* — **4.** Vulgo: *aptius. At te.* Pro *At te,* quod in hunc locum non convenit, ego olim scripseram *Ac te* (M: *apte* ob praecedens *aptius*), ut postea vidi esse in RJ. Afferuntur tria cur Caelium provinciae profecerit: 1) „non dico . . laboro", 2) „Adde . . aptius", 3) „Ac te . . posui".

Ep. 9. 1. Vulgo: *Ille et tibi et sibi visum* (sc. nihil esse incommode) *et ita se domi ex tuis audisse, ut n. e. i.* Ego: *[et tibi]*; Cicero, opinor, certe scripsisset: *et tibi sibique*; sed ipsius Attici de morbo suo iudicium inest in sqq. „Id . . . extremo, *febriculam* (non *febrim*) t. te h. s." Deinceps ego ex vc.: *sed † amavi tamen admiratusque sum, quod.* Excidit *te* sive post *set* sive ante *Tamen*, cf. I, 3, 2, VII, 2, 7, Fam. 13, 62, Ter. Eun. III, 2, 3, V, 8, 22, Plaut. Poen. I, 2, 40, Cic. Att. VII, 2 in *non amabam* e prioribus auditur *Alexidis manum.* Sine *te* semel apud Ciceronem est *amabo* (= quaeso), Fam. VII, 32, 2, apud Comicos saepius. De „*amavi admiratusque* sum" cf. Fam. I, 7, 9, Hor. Ep. II, 2, 58. Ex *sedamavi* facile in MRJh, Oxx. factum est *sedclamavi* (d = cl), unde B. ex Or. conj. parum recte fecit sed *exclamavi*, Klotz. *sed adamavi* collato alienissimo loco, Corn. Nep. Dion. 2, ubi *adamavit* simpliciter est Germanorum liebgewann.

Liber VII.

Ep. 2. 3. Vulgo: *Tironem P. aegrum reliqui, adolescentem, ut nosti, et adde, si quid vis, probum: n. v. m.; itaque careo aegre.* Ergo Cicero Tirone „aegre carebat", quod esset 1) adolescens, 2) probus! Nam, quod Or. in *adol.* de suo audit *pulchrum mihique carissimum*, ridere licet. Quid apertius, quam post *adolescenTeM* excidisse adiectivum aliquod, ad quod additur *probum?* Vidit, ut multa, ita hoc Schützius, qui annotavit: „Legendum videtur: *ad. erudiTuM, et.* Recte ille quidem, quod ad sententiam attinet, cf. de eadem re 5, 2 „De Tirone . . *utilitates* mihi praebet . . *studiosum* (ɔ: mihi est a studiis et ab epistolis) . . propter *humanitatem* et *modestiam* (ɔ: probitatem) . . meum", VI, 7, 2 „nihil e. illo *adolescente castius* (ɔ: probius), nihil *diligentius* (sc. in studiis meis doctrina sua adiuvandis)"; sed ego addidi *docTuM*, cf. enim de Dionysio 4, 1: „quem q. cognovi quum *doctum, quod mihi* iam ante *notum erat*, tum s. *plenum officii* . ., frugi hominem ac, ne l. l. videar, p. virum *bonum*, 7, 1 „Dionysius, vir *optimus, ut mihi* q. *est perspectum*, et *doctissimus*", et de Serapione X, 17, 1 „hominem probo, nam et *doctum* et *probum* existimo". — Infra B, qui mecum (Em. p. 40) Lambini scripturam „Et m. est, *quam* f. d., *αὐτ.* in h. urbanitas (cd. arch. addidit *est*). *Eius*" restituit, ex violenta Ern. corr. scripsit: *testamentum deporto Ciceronum signis obsignatum*, quum ego Man. coniecturam probassem *d. Romam Cic.*: nunc ego ex Madv. conj., quae eadem iam Iunii fuerat et postea Orellii (ed. II) fuit: *t. d. trium C. s. o.*, quod quum multo propius abest a *detortoRIVM* (sic C, Z, vc, unde MRJh, Oxx. fecerunt *de tortorio*), tum aptissimum est: erant tum cum Cicerone *tres* aut certe duo Cicerones, M. filius, [Q. pater], Q. filius, cf. VI, 7, 2, V, 18, 4, al. *Romam* vero addere nihil opus fuit, cf. de eadem re 3, 9 „a Curio tabulas accepi, quas *mecum porto*".

Ep. 3. 1. Vulgo: *negas, etsi,* quasi *primum illud* subiectum sit sq. verbi *perfectum est.* Ego: *n.: e.*; auditur *tibi ad tuas litteras respondeo.* — **3.** Vulgo: *eis, quae de F. C. acta scribis, valde consentiunt: quae* (vel *c. Quae*) *si secus essent . ., tamen . . cogeret.* Mire nemo in eo haesit, quod deest subiectum verbi *consentiunt.* Ego: *c.* (sc. *ea*), *quae*; cf. Fam. XII, 12, 2, ubi ego olim et nunc B.: eripui (sc. *eos* exercitus), *quos* (vulgo: *e.; q.*) *si occupasset D., non . . confirmasset*, VI, 6, 5 „*ea* me suasisse P., *quibus si* ille *paruisset*, esset . . princeps", Catil. II, 19, Phil. II, 17, Liv. XXX, 30, 9 (de quo loco cf. meas Emendatiunculas p. 89), al., Madv. § 445. Cf. etiam ann. ad Fam. XIII, 7, 5 „*id* mihi des, *quod* erit h." Sed tamen videndum est, ne ante *quae* exciderit aliquid, ut *quae de me acta sunt.* — **4.** Vulgo: *consule isto ipso.* Ego: *c. illo i.*; sequitur enim de eodem Caesare *illi* et *ille* et § 5 *illinc* et praecedit *illum* et *ille*; cf. 6, 2 *illi*, 5, 5 *illi*, 9, 2 et 3 et 4, alia

multa. Confusio haec haud rara est. — **5.** Vulgo: *Vos s. plura, q. in u. e.; verum tamen hoc video.* Ego inter *E* et *hOC* addidi *EGO*: postulat necessario h. l. *vos*, quod contrarium ei sit. Deinde nescio an ex C scribendum sit *haec* (M1 quoque *hec*), apposita enim sunt plura illa: *cum homine . . timendi*, quae tamen etiam unius sententiae vice fungi possunt. Ego: *dignos illinc* (c. ɔ: C *illic*) *facere*, ut iam Corradus voluit; cf. de „*ab* aliquo facere“ (= *eum* a. f.) de Inv. I, 90, Rh. ad Her. II, 13, R. Amer. 104 (cf. 85), Or. I, 55 (*hoc t. sit a me*); usitatius quidem est *stare ab al.* Sententiam similem habet illud Catil. II, 25: *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia*, cett. Vulgo ex MRJ, al.: *d. illac f.*, quod nihil est; debebat certe esse *illic.* Nec mirum ante *fAC.* ex *illIC* esse factum *illAC.* — **6.** Satis mirari non queo non modo Orellium et Klotzium retinuisse foedissimam illam repetitionem: „Nunc *venio ad privata.* Fere enim . . scripsisti. *Ad privata venio*: unum etiam de Caelio“, sed ne Baiterum quidem ausum esse totum illud *v. ad pr.* delere. Ego ex Madv. correctione (Emm. in Cic. de Legg. et Ac. 1826, p. 192): *Nunc — fere . . s. — ad pr. venio. U.*; ascriptum scilicet in antiqui alicuius codicis margine fuit *v. ad pr.* ad declarandam adverbii *nunc* cum sq. *ad pr. v.* cohaerentiam. Ceterum ego sic: *Unum etiam* (sc. de re p., ante quam ad privata venia), *de Caelio.* Vulgo: *U. e. d. C.*, quasi Cicero praeter alia de *Caelio* iam scripta unum etiam scripturus fuerit. *De C.* appositum ad *unum* est, cf. Em. p. 69 de Fam. VIII, 10, 4 et 11, 3, Q. F. II, 4, 6, Att. V, 21, 5, I, 1, 3 (ubi vulgo, etiam B: *V. hoc r. est de magistro*). — **8.** Vulgo pessime: *id, quod in animum induxerat paullisper, non tenuit, sed cito ad se rediit*; nam „induxerat in a. p.“ dici non potuit: dicendum certe fuit „*cogitaverat* p.“ Ego: *ind., p. n. t.*: quid enim apertius quam „*paullisper* non t.“ et „*cito* ad se r.“ inter se contraria esse posita? — **12.** Audacius Or. et B. et Klotz. ex Pii conj. *satis* uncis incluserunt, ut ex praec. *humanitATIS* natum. Ego: *Terentiae. Quantumvis vel i. vel hum.: satis est* (ɔ: eo contenti esse possumus); *reliqua, q. n., ferenda.* Mommsen. quoque (post *saTIS*) addit EST, sed is, si fides Baitero: *quantum vis v. i. v. h., s. est*, quod quid sit possitve esse, equidem non intelligo. In phrasi illa *s. est* nunquam, opinor, auditur *est*, sine quo h. l. audiretur *vel ingenii vel hum.*

Ep. 6. 2. Vulgo ex M1: *Est illa quidem postulatio opinione valentior.* Marg. Md. (ɔ: melior aliqui cod.), RJacl, βhqψ, 2 Ambr.: *E. i. q. impudens p. o. v.* Excidit, ut in M1 *iM* post *eM* et *Pudens* ante *Post.*, sic in archetypo *ATQue* (*atq.*) inter *ATiO* et *OP.* Parum veri simile mihi videtur librarium quemquam ad *op. val.* explicandum ascripsisse *impudens*, de quo cf. 9, 3 „quod . . *impudentissime postulat*“.

Ep. 6. 2. Vulgo: *est, et quodam m.* Ego: *e., † et q. m.*, quum mallem *set* quam ex Malespinae conj. *at* scribere. De Ciceronis sententia v. Mal.

Ep. 7. 1. Vulgo: *inquis, acturus*, quod parum in „pecudes“ convenit. Ego: *i., facturus*, cf. 5, ubi ego et B ex ZC: *facturus sim*, MRJ, opinor, ob „*sensurus es*“ (6, 2): *ſensurus sim.* Excidit *f* post *ſ.* Ep. 10 „neque h. quid *agam* nec quid *acturus* sim“ recte est (*πράττειν*, non *ποιεῖν*). — Infra, ubi vulgo est *quum ad a. ventum est, quid* futurum sit“, ego ex mea conj., B ex Mülleri: *v. sit.* Soloecum est *est*, quum quia obliquam orationem esse vel sequentia („si b. victi *sint* (sic Rl, vulgo; MJac *sunt*), . . fore . . *fuerit*) docent, tum quia futurum (exactum) ante *fore* necessarium est. Contrarium vitium (*sit* pro *est*) ego ex mea conj. et B. ex Madvigii correximus 3, 1: *expetitum a me est.* Cf. Obss. in Sest. p. 44 sqq.

Ep. 8. 1. Vulgo: *opus est.* Ego: *o. † est.* Falsum esse praesens tempus sequente praeterito (*faceret*) vidit Ern., ex cuius conj. B: *o. erat*; sed potius fuit: *o. fuit.* Omisso *fu* post *uſ* ex *it* factum est *est*, etsi *fuit* et *eſt* etiam per se ipsa confunduntur, cf. Obss. in Sest. p. 44 et 45 de L. Agr. II, 92 et 95, Planc. 50. Apud Ascon. in Or. in T. C. (p. 90 ed. Or.) sine dubio scribendum: *in Palatioſt.*; Or. ex ed. Pr. *in P. fuit*; vulgo ante Or. *in P. ſit*; cum „*his temporibus*“ *fuit* consentire vix potest. — **5.** B. ex audacissima Ern. conj. *est. Illa a. sententia non relinquendae urbis movet hominem, ut puto*, quod parum apte cum eo cohaeret, quod Cicero de se ipso scribit, „mihi illud molestissimum est, quod (sc. si Pompeium de bello gerendo cogitantem sequar) solvendi sunt n. C.“ Ego: *est. Ex* (sic cd. arch.) *i. a. s.* (sc. Caesari armis resistendum esse) *† in* (sic Z?, M, sed, ut aliq. Mal., *ĩ*, aliq. Mal., q; alii Mal. *M*, alii, ut Bess., *infra*, alii, ut ψ et 2 m., *ita*, Cavalc. *viv*, Ambr. 16 *nif*, R *ira*, J om.) *r. u. m. h., ut p.* In *in* iam R. vidit latere subiectum verbi *movet*, sed, quoniam *ira r. u.* aptum non est, ego olim (Em. p. 10) conieci *indignitas*, in quo etiam nunc acquiesco; cf. 21, 1, VIII, 2, 3 et 3, 3, al.; nam *necessitas* a codicum scripturis longius abest. Sed post *ut puto* et ante *Mihi* addendum sine dubio est *Maxime*, sive *ex* cum Manutio et mecum explices (zufolge) sive cum Klotzio (= *de*, von — hinweg, cf. N. D. III, 2, 3 *ex ea opinione*, Liv. III, 21, 1 *de sententia*; Verr. Act. I, 52 *de vera sententia demovere*, alibi *sententiam alicuius movere*): sic *movet maxime* accurate sequenti *molestissimum* respondet.

Ep. 9. 2. Ego post *armiS* addidi *noS*, cui sq. *illum* respondet; cf. 3 *nobis*, 4 *nostram.* Sine *nos* dicendum fuit *contendi*, sicut praecedit *haberi C. rationem . . persuaderi Caesari . . haberi comitia . . rem adduci.* — **3.** B ex M2, RJ *habe nostr Vm.* Quidquid de *nostrum* et *vestrum* pro *nostri* et *vestri* positis statuas, valde mirum, si Cicero post „Habe *meam* (sic M2, R; M1 *in eam*, Jacl *mei*) rationem“ dixit „Habe *nostrum*“. Ego ex mea conj.: „H. tu *nostrAm*“, sicut βh teste Graevio: variandi causa nulla fuit, eandem formam postulante contrarie inter se relatorum ratione; cf. de „*meam* r. h.“ Fam. VIII, 8, 9 (ubi nunc ex M est *sua*), Fam. XVI, 12, 3 (M *suam*), Off. 1, 139, al. Ex *habet*, ut est in M1, vulgo recte factum est *habe tu*; subiectum enim in tali oppositione audiri nec solet nec potest.

Ep. 10. Mire vulgo: „O., si in I. *consistat, erimus* una; sin *cedet*, c. res *est*“. Ego ex mea conj., ut iam a3 et Man.: *consistet*; coniunctivus rationem nullam habet; cf. de eadem re 12, 2: „Si *manet*, vereor . . possit; sin discedit, quo . . sit, nescio“.

Ep. 11. 5. Vulgo: *ad quem delectus et summa negotii Referatur.* Ego: *Deferatur*; vid. lexx. *Referre* imperium aliudve aliquod negotium ad aliquem Latine non dicitur. Cf. 17, 2, ubi Cicero scribit „se neque *delectum* (ad se *delatum*) ullum neque *negotium suscepisse*", et Em. p. 74 de Fam. VII, 17, 2, ubi ego ex *ultroadtulerim* feci *ultro det.*

Ep. 13. 1. Vulgo: *missae, per Terentiam.* Ego (ut iam Graev.): *m. p. T.* Non „*redditae*" per T. sunt Attici epistolae (reddebant ii, quibus T. eas perferendas dederat), sed *missae*, ɔ: perferendae datae.

Ep. 17. 4. Vulgo: *sin autem etiam* (auch nur) *induciae*; sed durissime sic audiretur *nedum* (vel *non modo*) *pax.* Ego: *sin † a. e. i.* Cicero scripsit: *s. aut pax aut e. i.* aut saltem, ut Sch. conj., *s. pax aut e. i.* De *aut etiam* iam dixi. Omisso *aut p.* ante *aut e. i.* ex *aut* ante *e* factum est *autē.*

Ep. 22. 2. Vulgo: *si quid in mentem venit, velim scribas.* Ego: *venerit*; vix enim rogat, ut Atticus, si quid *iam tum* in mentem venisset, scriberet, sed si quid *postea.* Cf. ep. 10, al. Excidit nota *er* syllabae.

Ep. 23. 1. Vulgo: *nos . . paene iam captos . . . capti plane sumus.* Mirum, si de eadem re in eadem epistola et *paene* et *plane* dictum est. Scribendum est *plane . . plane*; nam *paene . . paene* Cicero vix scripsit, cf. de eadem re IX, 6, 2 *plane interclusi captique simus.*

Ep. 24. Vulgo ex M2, RJ: *effugiat. A consilio fugiendi.* Ego ex mea eademque Klotzii conj.: *e.: ego a c. f.*; in C enim est *e. ego c. f*, unde in M1 *e. e c. f.*, et Cicero Pompeii consilio suum contrarium ponit.

Liber VIII.

Ep. 2. 6. B ex MRβψ: *Non accipere? ne periculosum sit, invidiosum ad bonos.* At non accipere triumphum a Caesare delatum honori apud bonos summo Ciceroni esset: accipere, id demum invidiosum. Ego: *non † a. ne p. sit, i. ad b.*, quum dubitem, utrum Cicero scripserit *Non a. ne p. sit, accipere* (Jacl *sit an acc.*) *i. s. ad b.* (de *ne* verentis vid. Madv. ad Fin. V, 8) an, quod maxime credo, *N. a., VEreor, NE p. sit, a. i. ad b.* (cf. IX, 4, 3 „*Sed vereor, ne tibi ἄκαιρος sim*, F. I, 8, 5, Att. VII, 18, 3, VIII, 11, 1, quibus locis collatis equidem etiam nunc vereor, ne Fin. V, 8 inter *Sed* et *ne* exciderit *vereor*), an (ut ego olim) *N. acciperene? p. sit; acc.? i. ad b.* (sic etiam Madv., sed: *sit; an acc.?*, at *an* sic addi neque opus est neque solet, cf. IX, 2, A, 1 de eadem re: *Accipiam? Quid foedius? Negem? Repudiari . . putabit*, XV, 10 *Ludos vero non facere? Quid foedius? Frumentum imponere? Quae est . . sordidius?*, Fin. II, 79 *Relinquesne? Quae ista a. est? Retinebis? Qui convenit?*). Ceterum in Madvigiana scriptura pro *sit* scribendum, opinor, erat *p. est*; cf. locos supra laudatos.

Ep. 4. 1. Vulgo: *illum non efferre laudibus.* Vc., MRJβhψ: *efferrem*, ex quo ego feci *e. me*, postulante necessario quum priore comparationis membro „consilium meum reprehendi *a Quinto* vulgoque ab *omnibus*", tum sequenti sententia parallela „Ciceronesque n. meo potius (sc. vellem) l. subdoceri quam *me* a. i. m. quaerere". Sine *me* Cicero saltem addidisset *ipse.* — **3.** B ex CM (RJβh, Pall., Regii varie interpolati sunt): *Q. Lucretium inde effugisse scis, Gnaeum ire Brundisium, † desertum. Conf.* Mirum, si Cicero nihil scripsit nisi quae Atticus iam „sciebat". Ego: *Q. L. i. e. ***: scis G. ire B. † d.? C.* Excidit post „*effugISSE*" *credo te audISSE* (cf. I, 12, 3 et 13, 3 et 17, 8, Fam. V, 2, 7, ubi, quum in M sit *quod te audisse certo*, vulgo ex Graev. 1: *q. te a. certo scio*, quod falsum esse demonstrare facile est coll. § 9 „Haec *si . . nescisti . ., sin . . impertivit* ." et „*si* . . non me *dicto* — cf. § 8 et 1, 1 — . . comm.", ego cum ed. Neap.: *q. te a. credo*, coll. p. Caec. 98, ubi ego nunc ex eo, quod est in cd. Erf., *dubium esse nemini vestrum certo quaeri*, malo cum Garatonio facere *d. e. n. v. credo. Q.* — cf. Agr. I, 4 —, quam, ut olim volui, *d. e. n. v. certo scio. Q.*) simileve aliquid. Deinde de *scis* (ɔ: *scisne* = *audistine*, ut Germani: Weißt du? = Hast du gehört?) cf. Fam. VIII, 14, 4, VIII, 12, 4, ubi ego cum Man.: *scis . . esse? te*, vulgo: *s . . e. Te*, Att. IX, 11, 1, ubi ego cum Man.: *Lentulum n. scis P. esse? q.*, vulgo: *L. n. s. P. e.; q.* Denique ex 3, 7 et 11 facile intelligitur Ciceronem scripsisse aut, ut Lipsius suspicatus est, *Br., deserTVM DomiTiVM* vel *Domitium Des.* aut, ut ego malo, *Br. deserto Domitio* vel *D. d.* Omisso *DomiTiO* vel post *deserTO* vel ante *Des.*, non mirum, si ex *desertO* post *BrundisiVM* factum est *desertVM.*

Ep. 7. 2. Vulgo: *tu meum laudas et m. dicis, malle quod dixerim.* Recte quidem *meum* sic explicatur, ut sit = *m. dictum*, sed, ut possit sic explicari, necesse habui inter *TV* et *meum* addere *illVd* (illVT).

Ep. 9. 1. Vulgo: *Qua autem est „a. i. t.", non est de pace*, quasi vero *qua* h. l. possit esse: *qua in parte epistolae meae* vel *quo loco e. m.* Cicero certe dixisset *Quo a. loco* vel *Ubi a.* Ego ex *QuA* ante *Autem* feci *Quod*, ɔ: Quod autem attinet ad id, quod in ep. mea scriptum est „a. i. t." Cf. sq. „*quod* testificor . ., t. eo scripsi" et „eodemque pertinet, *quod* c. e. probo." — **2.** B. ex Bootii conj.: *miliarium quid* (sic a2, c) *nunc ipsum de se recipienti* (ɔ: pollicenti)? At id quidem vix aptum est, quoniam sequitur „quid agenti? quid *acturo?*" Ego: *m. quo* (*quod* C, *quod ad* MRJβh, Oxx.) *n. i. unde* (sic vulgo ex cd. arch.) *se r.?* Indignatur Cicero, quod Atticus et Peduceus Caesari obviam ire cogitarent e *civili* bello *Romam* tum ipsum, optimatibus devictis, redeunti. De *quo se rec.* cf. 16, 2, „victor hic (Caesar), qua *se referret* et *quo*". De duplici interrogatione (*quo . . unde*) una sententia maiore eum vi inclusa cf. Madv. § 492, u. — **4.** Vulgo ex RJ: *haec credis.* Ego ex mea conj., ut h: *hoc c.*, ut de uno illo „*nihil malle . . vivere*", sicut supra: *id c.* et *id non c.* In M1 est *et c.*, M2 *hec c.*

Ep. 11. 1. B. ex R: *lamentari* (M *tamen lari*) *a. licet. Illud tamen totos dies; sed vereor.* Audiebat, opinor, B., sicut Corr., *facio*, ɔ: Tamen t. d. lamentor; in quo quum RJa *tamen* falsum esse sentirent, pro *t.* scripserunt *autem.* At Cicero non „totos dies" lamentabatur, sed

„quotidie“, cf. X, 4, 1. Ego ex egregia Madvigii in Adv. correctione: *l. a. l. illud quidem totos d.; sed v.* De *L. l. t. d.* cf. XVI, 1, 1. Aberrando ad *LAMENTAri* (*tamen lari*) pro *quidem* scriptum est *tamen*.

Ep. 11. D. 1. Vulgo soloece: *Quum ad te litteras misissem, quae . . . sunt, s. n. habebam.* Oportebat certe esse *habui* (cf. § 3 „His e. l. *lectis* in e. opinione *fui*“), sed quid apertius quam Ciceronem s. n. habuisse, non *postquam* litteras misit, sed *tum*, quum misit. Ego: † *misissem.* Scripsit Cicero *misit eas, q.* (vel *m., eas, q.* aut certe *misit, q.* Cf. Madv. § 358 (Caes. B. G. VI, 12 „*Quum* Caesar. in Galliam *venit*, . . pr. *erant Aedui*“, sexcenta alia). — **4.** Vulgo: *regionibus exclusi.* Quibus *reg.?* omnibus? Excidisse *sVIS* post *regionIbVS* aut post *qVI* declarat vel sq. „intra arma *aliena* ven.“

Ep. 11. A. Vulgo: *cum suis cohortibus XI.* Ego ex 12 A, 1 et 3: *c. s. c. XII.* Apud Caesarem (B. C. 1, 15 ed. Held.) alii numeri sunt: „Domitius per se circiter XX (ego: XII) Alba, ex (ego *A. et ex*) M . . coëgerat“ . . „Hirrum cum sex (ego: V) coh. . . excipit“ (Vibullius) . . (Vibullius) „XIII (ego: XIV) efficit“, cf. 17, ubi est „*amplius* XXX“ ɔ: XXXI (ipsius Domitii XII, Hirri V, Vibullii XIV), ut Cic. 12, A. 1 „meas (ɔ: Hirri et Vibullii) XVIIII et suas (Domitii) XII cohortes)“.

Ep. 12. 2. Vulgo: *per L. Caesarem et Fabatum.* Ego: *p. L. C. et L. F.*; hic enim, quis esset, non fuit notios quam ille.

Ep. 12. A. 3. Ego, ut vulgo: *POSSIm*, *** *se per m. e.* Excidit multo potius *ipse autem fortasse POSSIt* (cf. § 1 et C. 2) simileve aliquid quam, ut Büchel. coniecit, *videat ille, ut possit*, in qua scriptura certe debebat esse *ipse* et, ut opinor, sequi, non *non est nobis comm.*, sed *nobis non e. c.* — **4.** Ego, ut B: *placitum est mihi,* † *altia uideo C. Marcello*, unde Or. coniecit: *atque item, ut v., C. M.* (potuit conferre 23, 3 *placet mihi ig. et item tibi*, de Legg. II, 52 *Placuit P. Scaevolae . . itemque ceteris*, Madv. ad Fin. II, 16), ego, quod multo propius abest ab *altia*, *atq. etiã, ut v., C. M.*; cf. Fam. XV, 4, 15 „*puto etiam* r. Deiotarum“, Att. XIII, 38, 1, ubi ego: „scripsisse aliquid ad me, *credo et* ad te“ (B.: *s. a. ad me cr. et ad te*) cum XIII, 2, 3 „scripsit ad me, credo *item* ad te, Fin. l. c., Lael. 7, al. Ante *VIdeo* facillime excidit *VT*. In βhψ pro *altia* est *etiam*.

Ep. 12. C. 3. Vulgo: *Consules praesidia omnia deducturi sunt aut in S. ituri.* Ego: *C. p. o. * d. s. a. in S. i.* Excidit, quod audire minime licet, *ad me* (cf. B., 1 „*ad me* venire“) aut *huc* (ɔ: Luceriam; cf. § 2 *huc venias*, D, 2 „et *huc* q. p. venias“) aut *eo* (Luceriam, cf. A. 4 „*eodem* Brundisium veniatis“, ubi B et Klotz. sine causa *Br.* ex Man. conj. uncis incluserunt, cf. R. Am. 74 *indidemne Ameria?*, al. multa). Sic *in S.* habet, cui contrarium sit.

Ep. 16. 2. Vulgo ex Racl: *hunc propitium.* Om. *hunc* MJψ. Excidit *hVNC* facilius post *propitiVM* quam ante *pr.* Maior vis in *pr.* inest: chiasmum faciunt *pr. h.* et sq. *illum iratum.*

Liber IX.

Ep. 1. 3. Vulgo male: *multaque in me et severe, in conviviis tempestivis quidem, disputari*; Cicero saltem scripsisset: *s., in t. q. c., d.*; cf. 3 § 2 *sit, hoc quidem tempore*, sexcenta alia. Ego: *s. in c., t. q., d.*

Ep. 2. a. 2. Vulgo: *temperantius.* Ego: *temperatius*; cf. 9, 9, ubi in ipsis Attici epistolae verbis est *temperate*, XII, 32, 1, atque omnino de politica, quam dicimus, moderatione semper, a Cicerone quidem, *temperatus* dicitur, non *temperans*, quod nisi de cupiditatum libidinumque moderatione non dicitur; vid. lexx. Accedit, quod adverbium *temperanter* ex Tacito solo citatur. Nec mirum, si librarii in *temperatior*, *temperatissimus* haud raro addiderunt *n*, ut quibus notius *temperans* esset quam *temperatus*; cf. 7, B, 2, ubi M *desperantissimam*, al.

Ep. 5. 3. Vulgo ex acl: *nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quam ut h. occideret.* MRJ, ɔ: sine dubio arch., non habent *quam.* Ego ex mea eademque Klotzii conj. post *iNITIo* addidi *NISI*, quod etiam per se ipsum rectius est, quoniam quidem „ut h. occidERET“, propius a *nihil actum*, quam a „nihil *aliud agi*“ pendet, post *nihil* autem soloecum est *quam.*

Ep. 6. 1. Vulgo ex M2, RJacl: *potius. Sed tamen.* Ego: *p. Et tamen* (ɔ: Et praeterea, cf. ann. ad F. X, 1, 3): addit Cicero duas causas, cur „se Arpini obdere nolit“, 1) quod „fortasse“ futurum sit, ut Caesar „in eo i. offendatur, cur non R. potius“ filio togam p. dare velit, 2) quod, si C. conveniendus sit, „ibi (Formiis) potissimum“ eum convenire velit, quod „tum reliqua visurus sit“, hae autem causae copulandae erant, non posterior priori opponendus. Ceterum post S ex eo, quod est in M1, *p. Sec tamen* potui etiam facere *Ac tamen.* — **3.** Vulgo pessime: *Pompeius m. transiit cum o. militibus, quos s. habuit. Hic numerus est h. milia triginta et consules et duo tr. pl. et senatores, q. f. cum eo, o. cum u. et liberis.* Quid apertius quam sic distinguendum esse: *habuit* — *hic* (ɔ: militum, q. s. h.) . . *tr.* —, *et cons.*, ut *consules*, *tr. pl.*, *senatores* cum Pompeio m. transisse dicantur, non in „*militum*, q. s. h.“ numero et ipsi fuisse? — **4.** B. ex Man. conj.: *Pompeio qualicumque consilio uso.* MRJ$\beta\psi$, ɔ: arch., *usus*, unde Asc. et Crat. male fecerunt *usum.* Cicero quidem, ut non solum *quacunque ratione*, sed etiam *quamcunque in partem* (Att. III, 21), *quacumque de re* ad Q. F., *quocunque in genere* (de Orat.), alia indefinite ita dixit, ut *quicunque* esset = *quivis, quilibet*, sic etiam *qualiscunque* pro *qualislibet* posuit (Fam. IV, 8, 2); cf. Att. XII, 23, 3, *sed quantiquanti bene emitur* (vulgo: *sed, q., b. e.*), al. Sed librarius nemo post *consiliO* ex *usO* fecisset *usVS.* Lamb. in marg. 1584 scripsit *usus sit*: ego *usus est* (usust), coniunctivi enim ratio nulla est.

Ep. 7. A. 1. B., qui ex Tunstalli et Kochii (adde Madvigii) conj.

recte scripsit: *Nos, si id* pro vulgato *Nos, nisi id* (M1, q., *Nos id* omisso *si* inter *s* et *i* et in M superscripto „vel *nisi*“, unde βh *Nisi*, R *Nos nisi*, J *Nos nisi id*), infra ex Kochii conj.: *te hortaremur, ut*. Ego, quoniam al, c, l. habent *hortari desineremus* (sed supra *nisi*), ex Madvigii conj.: *h. non des.*, sicut sine dubio in C et Z fuit. Sic aptissime contraria inter se posita sunt *h. non des.* (ɔ: *usque suaderemus*) et *numquam t. suaderemus*. — **2.** Vulgo ex Asc. conj.: *scire possimus, non possumus nisi hoc*: quasi vero audire *scribere* licuerit. Ego: *s. p., scribere non p.*: excidit in MR post *SCIRE* non *posSIMVS*, sed *p.*, *SCrIbeRE*. Infra vulgo ex M2, RJ: *quae sentiemus*. At cur *plura* („quae“), non *unum* („quod“)? sq. enim *ea s., quae* est de iis, quae Ciceroni supra dederant, consiliis, non de eo, quod, quum a Caesare iis rescriptum esset, daturi erant. Ego ex eo, quod in M1 est, *cum sentiamus*, feci *quid* (quid, quod, quō, eum) *sentiamus*, solita de alicuius sententia periphrasi.

Ep. 7. B. 1. Vulgo ex M2, RJ: *concordiam et Pompeium reconciliare*. De *Pompeium* (sc. *sibi*, cf. 11, A, 2) *rec.* cf. C, 1.; sed ad *concordiam* Cicero sine dubio saltem addidisset *civium*, ut de eadem re est 11, A, 1 et 3. In M1 est *c. ut Pompei*, ex quo ego: *concordIAM suAM et Pompeii*, cf. de eadem re A, 1 „de *reconciliatione* gratiae *suae* et *Pompeii*“, 11, A, 3 „ad *utriusque* vestrum *concordiam*“.

Ep. 8. 1. B. ex y., ɔ: Bosii coniectura: *non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est: alter* (ɔ: Lucius) *multos d.* (ɔ: *dies*). *De*. At *prof. est* non est = *iter fecit* (hat gereist), sed, ut solet, simpliciter = *discessit* (ist abgereist). Ego ex ZMRJ: *a. multos ***. De*. Excidit aut *D. (dies) abhinc* ante *De* vel pollus *abhinc* ante *m.* et *D* ante *De* aut, ut Sch. conj., *ante dieS* post *multoS*. Scilicet Aulus modo, fortasse eodem illo die (pr. Idus), Roma profectus erat, Lucius autem multis ante diebus.

Ep. 9. 2. Vulgo ex M2, RJ: *ut ais epistola tertia*. Omnino aliis quoque locis nudus ablativus instrumentalis, *epistola*, *litteris*, ponitur, ubi mentio fit non totius epistolae argumenti (cf. de *liber* Madv. § 273, b, n. 1), sed de parte aliqua, ut Q. F. III, 1, 18 et 25 et 3, 1 (ubi B. ante *quadam epistola* — quod non cum *praetermisi*, sed cum *perscriberem* iungendum est — addidit *in*), Att. IX, 13, 1 et 16 „*quibus* i. *o.* m., non, ut superioribus *litteris*, *o. exspectas*, VIII, 15, 1 „*in qua* (ep.) *exspectas* . . . id *altera epistola* video te *scire* ita esse“, al. Sed, quoniam multo usitatius est sic *in* addere, ego ex *aliis*, ut est in M1, feci *aisin*. — **4.** B.: *Volui* (sc. Lanuvinum Phameae emere) † *NSQ* (sic M; C. om. *Q.*; J *N. S. Qu.*; R *N. S.* — spat. vac. — *et cum Q.*, unde ac *HS et cum Q.*; Pii „codices“ *HS*, *D.*). *Egi* (sc. cum Phamea) *per praedem* (Racl; MJ *predum*) *ille daret*. Ego primum cum Corrado, Vict., Man.: *V. HS. Q*. Dubitari non potest, quin *NS* in MRJ ex *HS* factum sit, et *Q.* sit nota quingentorum milium quaedam; cf. de eadem re 13, 6: *id* („Lanuvinum Phameae“) *volui Q., sed pluris est*, ubi MRJβ ex *Q* fecerunt *que*: nec dubitat Th. Mommsenius,

qui mihi scripsit in inscriptionibus eandem fere notam esse (Q). Deinde ego: *Egi per † predum i. d.* Scripsit Cicero sino dubio: *Egi per ** (excidit nomen viri alicuius), *praedium ut ille* (vel *ille ut*) *venderet* (sc. quing. milibus); excidit facile *VT* sive inter *V̄* et *I* sive ante *Vend.*, et *vē* post *e*, quo facto ex *deret* fieri *daret* necesse fuit. Iam Lamb. in marg. ed. 1584 scripserat: *ut venderet*, sed omisso *ille*, quod necessario Ciceroni addendum fuit ad remotius illud „*Phameam*“ demonstrandum, et retento *praedem*. Post *agere* quidem non memini ubi auditum sit *ut*.

Ep. 10. 3. Vulgo: *male T., qui P., qui O. Mamilium contra patriam, impie C.* Ego: *patriam *, i. C.* Excidisse praedicatum aliquod (*arcessivit* vel *accivit* simileve aliquid) — sicut in vc. MJ, ɔ: in archetypo, *qui* post *Coriolanus* — demonstrat additum de ceteris viris verbum (*qui . petiit . .*, *qui . maluit . .*, *qui . . cecidit*; cur enim in uno solo audiendum Cicero relinqueret? — **8.** Vulgo: *Ad Kal. Martias* (sc. *scribis*): quasi vero *ad Kal.* sic de *praeterito* aliquo tempore dici potuerit, ut esset = *Kalendis!* Praecedunt *X. K. Febr.* et *VIII. K. F.* et *Eodem die* (4) et *VI. K. F.* et *VII. Id. F.* (5) et *III. Id. F.* et *XI. K. Mart.* (6) et *VIII. K. Mart.* (7) et *V. K. Martias* (8), sequuntur *IIII. Non. Martias* (8) et *III. Nonas Mart.* (9) et *VII. Idus Martias* (10). Ego igitur: *Atque K.* (*Ad K.* MRβhacl, *Ad VI Kal.* J) *Mart.* (sic. RJβhacl; *Martias* M). Non mirum, si, praesertim post *V. Kal. Martias*, M h. l., ut permultis aliis, male explicata abbreviatione illa (*Mart.*) pro *Martiis* scripsit *Martias* omisso *q.* ex *Adq.* (ɔ: *Atque*). Per *Atque* aptissime procedit Ciceronis enumeratio; cf. *Deinde* (4), *Sequitur* et *Deinde* (5), *Deinceps* et *Inde* (6) et *autem* (7) et *Deinde* bis et *vero* (8). Paullo post sic distinxi: *mansione: et*, ɔ: non poenitet me lib. suasisse, ut maneres: (nam) *et* (*ipse*) . . . maneo in (ea) sententia *et* gaudeo *te* mansisse. Vulgo: *m, et*, quasi novum quidquam ad *me n. p. c. de m.* adiungatur.

Ep. 11. 1. Vulgo: *L. n. scis P. esse; quod.* Ego: *esse? q.*; cf. ann. ad VIII, 4, 2.

Ep. 13. 1. Vulgo: *quid enim est, quod . . scriberet*. At *scriberet* saltem postulabat *fuit* aut *erat*; sed sine dubio Cicero scripsit *esset* (sc. si λόγος ille de r. ἔτυμος esset). — Infra vulgo: *nec huius rei quidem*; ego (Em. T. D. II p. V): *nec h. q. r.*; in *huius* enim solo maior vis est. — **3.** B: *posset: [et] postea*. Ego: *p; † et p.*, quum dubitarem, utrum fuerit *p.; p.* (sic ego et Boot. conj. probante Madvigio in Adv.) an *p., set p.* an (ut Corr. et olim Madv.) *p.; at p.* Deinde B. ex Bosii conj.: *Valde; ecquam ob causam, plane nescio: ergo*. At nesciebat Cicero, non *num qua* causa esset, cur Pompeius sibi valde amicus postea fuisset, in quo inesset nullam esse eum putare, sed *quaenam* ea, quae erat, causa esset; *ecquis* autem nunquam est = *quis*: III, 15, 2 B. recte ex Jacl: *quo modo* (A, MR, alii *et quo* repetito *et* ex *et, si*); XIII, 16, 2 *ecquid* est *num quid*, cf. 17 et 11, 2, et recte B ex MRJ *et quando*, cf. 11, 2 et 25, 2; IX, 9, 1 *ecquo-*

nam = *num quo*; Phil. XIII, 24 *ecquo* = *num quo*. Scripsit Cicero *valde — quam ob c., plane nescio —: ergo* (*et* ex *valdE* nasci facile potuit et *ne* post *ne* excidere): parenthesi vix apta h. l. est copulatio per *et*, quare etiam Madvigii conj. ex *ET* facientis *NEC* minus mihi probatur; accedit, quod *plane nescio* (ich weiß gar nicht) multo aptius est quam *nec . . pl. scio* (und ich weiß nicht ganz), cf. 14, 2, al. — **4.** B.: *dudum.* † *CC* (sic M, si Baiteri silentio credendum est, sed sine dubio est error typ.) *vellem, scribis, quisnam hic significasset.* † *Sed et iste.* Ego: *ludum* (sic cd. archet.) — *ac* (M — teste Furia —, RJacl) v., † *s., q. h. s. —;* † *sed et i.* Potuisse Ciceronem sic scribere puto: *ludum — ac v. quisquam* (aut *quispiam*) *hoc* (R *hec*) s. —: *et iste* (aut, ut Lamb., *s. — scilicet et i.*). Oderant boni, ut Atticus dicebat, *ludum*, (ↄ: fugiebant Pompeii cum Caesare bellum), sicut ludum suum oderunt fugiuntque pueri, si qui „iratos sibi merito" magistros putant. Addit per parenthesin Cicero: *ac* vellem quisquam bonorum Pompeio *hoc* (ↄ: odium suum) ante significasset, sed nemo id fecit: *scribis* ego, ut Graevius, non dubito, quin aberrando iteratum sit. Denique per *et iste . . amant* explicatur illud bonorum in Pompeium odium, quare *set* mihi aut ex *significasSET* repetitum videtur aut ex *scilicet* (*sc.*) factum. — Post sq. *fecit* ego cum Graevio addidi *amatur*, quod ex „vulgo *illum . . non amant*" audire non licet.

Ep. 13. A. 2. Vulg ex M2: *proficere possem videri.* Ego ex mea eademque Madvigii (Adv. II p. 237) conj.: *p. posse viderer*; vid. Madv. l. c. In M1 aberrando ad *facERE POSSVM* scriptum est *proficiscERE POSSVM*, quo facto non mirum si in eodem, praesertim post *proficERE*, pro *vidERER*, scriptum est *vidERE.* Sine *viderer* (sc. *mihi*, ↄ: *crederem me*) scribere Cicero potuit, ut correxerunt RJacl, *p. possem*, omisso *vid.* Ceterum potest etiam, ut Madvigio visum est, *possuM* (*posseM* M2) ortum esse ex *posse MI* (*p. mihi*).

Ep. 14. 1. Probo Madvigii coniecturam, qui (Adv. II p. 237) ex † *ad ambitionem* fecit *a se dari reditionem*, ut exciderit *se* inter *a* et *d* et *Re* post *Ri* atque *m* pro *ri* et *b* pro *d* scriptum sit. De *iis* facillime audiendo cf. Madv. § 321, n.

Ep. 15. 1. Vulgo: *vel ut consules roget praetor vel dictatorem dicat.* Potuit Cicero scribere *ut vel c. r. pr. vel d. d.*: nunc *vel* semel ante *ut* posito necessario etiam scribendum fuit „vel *ut* d. d." De *non* ut . . . *sed ut* (= *ut non* . ., *sed*) ante dixi.

Ep. 17. 2. Vulgo ex Ern. conj.: *qui veniunt inde, κινδυνώδη nuntiant.* Ego ex apertis codicum vestigiis delevi *inde*; nam ex *kindinode*, ut sine dubio in archetypo fuit, omissa *k* littera non Latina Zb, Bessar., β fecerunt *in id modo* (Zl *inni admodo*), M1 *ne* (2 *ni*) *id modo*, AF *inanio*; audiri autem ex „*ad me* e. ipse *Tiro* i. *scripsit*" facile posse *ab eo* (Patris) testis est simillimus ille locus, Fam. XV, 8, 1: *qui veniunt* (sc. *a. te*), *ἀκίνδυνα μεν, χρ. δὲ nuntiant.* Deinde restitui ex MRJac, Oxx. *sollicitant*, quod mihi defendi posse videtur, relatum sive ad *κινδ.* sive ad duo illa: 1) quod „ipse Tiro . . agat",

2) quod, „qui veniunt . . nuntiant"; sed concedo simplicius esse *sollicitat* (vulgo ex l. conj.), nec mirum, si librarius post *nuntiANT* scripsit *sollicitANT.*

Liber X.

Ep. 1. 1. Post *litteras* addidi *tuas* [cf. § 3, 2, 1, IX, 7, 7; 9, 1 et 7; 11, 4; 11, A. 1; 12, 1]; *litteras* nude positum (den Brief) in hunc locum non convenit; cf. quae ante dixi. — **2.** B ex Bosii conj. *suspensum me inde tenes.* Quid esset *inde*, nec ipse Bosius nec postea quisquam dixit. Ego ex vc, MRβh, Oxx.: *s.* † *meum detines* (Zb *m. de tenes*). Excidit sine dubio *animVM* post *suspensVM* et *Eo* (ↄ: „tuo consilio") post *dE*: de *susp. an.* vid. lexx.; de *de eo* cf. Fam. X, 8, 1 „hominum exspectationem . . *de* mea voluntate *tenuisse suspensam*, al.; nam *susp. an. m. detines* vereor ne Latinum non sit, et scribere *s. an. m. tenes*, omisso *de*, equidem non ausim, unde enim illud *de?* — **3.** Ego in *hominis hoc ipsum* (ↄ: „de pace agere") *probi est* † *magnum sit τῶν π. σκεμμάτων* nihil latere puto nisi hoc: *h. h. i. p. est et m.* (sic iam Jacl) *τι τ. π. σκ.* (sc. *hoc est*). Quam facile *et* post *est* excidere et *sit* ex *τι* (*ti*) fieri potuerit, quis est, qui non videat?

Ep. 2. 1. Vulgo ex M1: *essemque M. postridie mansurus et inde protinus* (om. *et inde* M2, RJβh, Oxx.). Ego, quoniam post *et* ex *mansurus* audire *discessurus* non licet, ex *et* feci *ut* (sc. *pergerem* — cf. Divin. I, 49, al. — vel *proficiscerer*), cf. de *ut* Q. F. II. — **2.** Vulgo: *Dionysum nolim profectum*, id quod dici de eo nequaquam potuit, quem iam re vera profectum esse Tullia scripserat (Madv. § 350, b, n. 1). Ego: *nollem.* Infra etiam, ubi vulgo ex Ern. conj. est *spectaculo esse nolim*, ego ex MRJacl: *sp. e. nollem*, sc. si fieri *posset*, sed, quoniam iam profectus est, spectaculo ei erunt; ibi tamen non nego *nolim* dici sic potuisse, ut fere esset = *nolo.*

Ep. 4. 6. Vulgo: *Quae si vero sint.* Ego: *Q. si v. sunt*; coniunctivi enim ratio nulla est, non magis, quam infra, ubi de eadem re est: „*si* vera *sunt*, ignosces, si falsa, . . eripies m. h. e." (Madv. § 332); hoc enim dicitur: „Q. s. v. *sunt*, quid *fiet* in hac vita et fuga? nescio", non illud: „Q. si v. *sint*, q. *fiat* . . f.? n." Ceterum valde miror Baiterum ex MRβh, Oxx. delevisse: *vita et*, quod ex optimis codd. (AFZ) addiderunt Iens. et Lamb. nec librarius quisquam aut interpretandi causa aut interpolandi addere potuit. Cicero ipse aptissime *vita* per *fuga* explicat (in hoc rerum statu, quum rem p. nullam habemus et ex Italia fugimus). Paullo post, ubi vulgo ex Vict. conj. est: *haec sive*, Cicero sine dubio scripsit aut, ut Crat, (ut puto, ex C) *nunc h. s.* aut, ut M2, RJβh, *nunc s.*; quod enim in M1 est: *M nec s.*, et ex *n̄c* (ↄ: *nunc*) *hec* (M *Nec* ob praec. *Nec*) et, praesertim post *m*, ex *nunc* ortum esse potest. De *nunc* post „*si habEREMVS*" posito cf. ann. ad F. XIII, 66, 1. — **8.** B. ex Man. conj.: *eius interitum* (sic ego et B. ex L. conj. pro *interitu*) *finem belli* (*illi* MRJβ, ac) *fore.* Ego: *e. i. f.* † *illi f.*; nam

ex *illi* facere *beLLI iLLI* lenior correctio est quam *BElli* ex *Illi.* — **9.** Vulgo sine ulla sententia ex M2, RJac: *quod exemplum.* Ego ex Mal. conj. Lambino et, ut videtur, Madvigio probata *quem* (sic M1) *exitum*; cf. de eadem re 5, 2 „(Curio) a. s. se *harum rerum exitum non videre*". An *exEmplum* ortum est ex *exitum rErum* (*exerum*)? cf. 5, 2, Fam. IX, 1, 4, al. Aptissime quum per *quam rem p.* explicatur *quem exitum* (rerum), tum sequitur respondentis Curionis illud: „nullam *spem reliquam*". — **10.** B sine †: *Sed opus fuit H. convento. Est.* At negasse Ciceronem opus fuisse Hirtium a Quinto conveniri vel sqq. *Est . . minimum* satis testantur. Ego ex mea eademque Sch. conj.: *ScD quiD o. f. H. c. E.* Orellius conj. *Sed o. quid f . .? Est* collocationem verborum pravam habet. Ceterum vulgo: *minimo*, ad quod audire *malo defungi* nec licet nec in Ciceronis sententiam cadit, de qua vide Sch., quocum et cum Lambino ego scripsi *minimū.*

Ep. 6. 1. Vulgo ex Vict. conj.: *Astute nihil sum acturus: fiat in Hispania quidlibet: et tamen retice. Meas cog. omnes.* Ego ex Zb, vc, Mβh, 2 m., Oxx., Pall.: *A. n. s. a.: f. in H. q.; † et t. recitet et. M.* (*recitet meas* RJac, *reticeret m.* Zl). Scripsit Cicero: *A. n. s. a.: f. in H. q., tamen* (sic Madv. conj.) *† recitet et. M.* (Madv. *† reticet et. M*). In *recitet* latet *ire certum est* simileve aliquid. Quod „astute Cicero nihil erat acturus", eo explicatur, quod constituerat, sive vinceret Caesar in Hispania sive vinceretur, ex Italia exire; cf. 8, 1 et 2. Fluxit *ET* ex praec. *quidlibET.*

Ep. 7. 1. Ego malui *mE* post *aciE* addere quam cum Lambino et B. post *tamen*; in *acie* enim vis sententiae est. *Oppidulo* ego totum delevi (Em. p. 117), ut apertissimum glossema: B. uncis tantum inclusit.

Ep. 8. 2. Vulgo: *C. istud tunc esset prudens . ., si.* Ego: *tum*, cf. infra „*Si* pellitur, q. g. a. quam hon. *tum* erit"; nec enim *tunc* sic poni puto, ut sit = *ita, ea conditione.* Deinde ego cum Or. II: *quod fieri **; Necesse.* Excidit aut *Non potest* aut *Non debet* (additum in J., 2 Pall.) vel *Non oportet.* Quod B. ex Kochii conj. addidit, *nequit*, in Ciceronis usum cadere non puto. Tum ego pro *si pelletur* scripsi *si pellitur* (= pulsus erit, cf. § 5 *assequor, si propero*); sequitur enim *si trahitur b.* et *si vincimur*: variandi causa h. quidem loco nulla fuit; cf. 7, 1 et ann. ad VII, 10, al. — **6.** Vulgo: *Iam quibus utatur . ., si . . regent.* Ego ex mea eademque Kayseri conj.: *utetur*; coniunctivus enim tum demum recte se haberet, si sequeretur *regant*, sed agitur non de eo, quod fieri poterat, sed de eo, quod futurum erat. — **7.** Vulgo: *quam exsilio Themistocleo* (sc. *mori*), quasi vero causa mortis (sterben von einem Th. Exil) exsilium Th. esse dicatur, ac non tempus (st. in e. T. E.). Ego: *quaM IN e. T.*; nam a Cicerone quidem certe *exsilium* per se ipsum de tempore statuve non dicitur. Ceterum valde miror Baiterum (sine †) retinuisse „me Sardanapali vicem in *suo* lectulo mori malle"; constat enim non, ut ἑαυτοῦ interdum, sic *suus* pro *proprius* (sc. *meus* vel *tuus*) dici; confertur VIII, 6, 2, sed ibi nunc ex optimo C est *tua* (MRJac, βh *Sua*) *Sponte*

te intelligere. Audacter J. F. Gronovius delevit *suo*, quod vix quisquam librarius de suo addidisset: delendum si quidquam esset, totum illud *in s. l.* ascriptum ad *S. vicem* explicandum putari posset. Ego ex Corradi conj.: *in meo l.*; omisso *M* post *IN* librarius, qui se legisse meminisset *Sardanapalum* in *suo* lectulo esse mortuum, ex *eo* fecit *suo.* Confunduntur haud raro *tuus* et *suus* (cf. ann. ad XVI, 16, 1, al.); de *tuo* pro *meo* scripto cf. ann. ad Fam. XIII, 23. — **9.** Vulgo: *Tibi sunt omnia commendata.* Ego post *omniA* addidi *meA*, quod audiri unde potest? Supra quoque (§ 8) excidit, puto, *Mihi* (*mi*) sive post *quid* sive ante *Maturius*: ex „vivas *nobis*" durius audias. — **10.** Vulgo ex RJ: *huic bello.* At Mβ: *huic libello*, unde ego: *hVIC CIVili bello*: per *civili* additur causa, cur Cicero illi bello interesse nolit: cf. 8, 2, Fam. II, 16, 1 et 3, XV, 15, 1, Att. VII, 26, 2 et 14, 3 (ubi ego ex c et l, ɔ: ex C. et Z *bellum cum civibus. Sed*, margo M., RJ, a 2, 3: *b. in civilibus. S.* vulgo ex M *b. S.*), IX, 10, 5 et 19, 1 (ubi tamen vide ne aequabilitas membrorum postulet *a perditis civibus in nefario bello*, ut est in h., sed retento *in civili n.*, aut *a p. in n. b.*, ut *civili* glossema sit ad *nefario* ascriptum), al. Simile mendum est 13, 1, ubi M *pertimesCAs ve* pro *p CAve*, sexcentis aliis locis.

Ep. 8. B. 1. Vulgo ex Vict. conj.: *videbere.* Ego: *videberis*, quod propius abest ab *ut deberes*, ut est in MRβ, unde Jac: *ut debes.*

Ep. 10. 3. B.: *Tentabo, audiam* (sic Or. conj., sed *Tentabit*); *n. p., m. ad C. clamabo me, cum* (sic Bos. conj.) *p. a. occultabor, certe* (sic RJac) *hinc i. i. evolabo.* Ego: *T. † audeam . . clamabam* (sic MRJ, Oxx.), *cum . . o., † carti* (M; Z *cati*) *h. i. i. e. Audiam* posse esse *simulabo me ei aures praebere*, equidem Orellio non credo; *clamandi* verbum in hunc locum parum convenit, *me* autem cur in extrema sententiae Cicero poneret, non post *properare*? Cicero sine dubio scripsit: *T., ut ei persuadeam me* (sic Sch., sed sine *ei*) *n. p., m. ad C.: clam abibo* (Man. conj. *clam ibo*), *cum . . o.* (vel, si in *baM* aliud aliquid latet praeter *bo, Me cum . . occultabo*), *caute* (sic Oliv., an *certe?*) *h. i. i. e.* De *T., ut persuadeam*, quod Orellio ne Latinum quidem videbatur, cf. de R. P. II, 23, al. Omisso *ut ei pers* aberrando ab *Vt* ad *Vadeam* ex *uadeam* factum est *audeam.* De *clam abibo* cf. 12, 2 „Παρακλεπτέον i. et *occulte* in a. o. corrependum" et 5 (ubi M *clamgendum* pro *clam ag.*, et *clamant emistis* pro *clam autem e.*), 16, 2 et 4. Omisso *Bi* ante *Bo* ex *clamabo* librarius fecit *clamabā.* *Occultari* reflexive ita positum, ut sit = *se occultare*, est N. D. II, 51, sed multo usitatius est *se o.*: quum ex *clamabibome* factum esset *clamabam*, librarius ad *occultabo* de suo addere *r* potuit. Ad *cati* propius accedit *caute*, de quo cf. 11, 4 et 12, 2, ad *carti* autem *certe* (= utique, in jedem Falle), de quo cf. § 4 „Ego vero *vel l. . . eripiam me* ex i. p." — Sequitur vulgo *Σὺν θεῷ τοι λέγω: magnus dolor accessit; efficietur aliquid dignum nobis. Δυσουρία tua. Accessit* — unde? Manutius audit ex Antonii litteris. At Cicero dolorem, quem ex iis ceperat, iam § 1 satis significaverat („παροινικῶς"). Et *accessit* ille dolor — ad quem alium? Ego non dubito, quin Ci-

cero sic scripserit: *λέγω: eff . . nobis. M. d. accessit: δ. t. m. v. m.; medere.* Sic, ut oportuit, continuo post *Σὺν . . λ.* id sequitur, quod iuvante deo Cicero se facturum pollicetur, vid. locos a Victorio collatos, et diserte dicitur, quinam novus dolor accesserit. De archetypi transpositionibus cf. Em. p. 36 sqq. — **4.** Or. et B cum Pio ex C. (et Z?) *audieris. Ocellam* (unde MRJβh, Oxx. *a. Socellam*) *cuperem, si possem.* Ego post *cuperē* addidi *habere*, quod audire non licuit, cf. de eadem re 17, 3 *Ocellam vellem haberemus.* Ibidem ego: *† Hic tamen Cytheridem* (vulgo sine †); *Hic* enim post „Hic ego *Servium* exsp.“ de Antonio poni non potuit. Sch. audacius pro *hic* voluit scribi *ille*, et tamen quid esset *tamen.* Latet in *Hic tamen* significatio aliqua Antonii (aberrari potuit ad superius *Hic*), nisi si post *Hic t.* plura exciderunt.

Ep. 11. 5. Vulgo: *id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies.* Futuro exacto indic. *acceperit* poni non potuit de litteris a Vettieno iam pridem acceptis (cf. 5, 3); coniunctivi autem perfecti ponendi ratio nulla fuit. Ego: *accepit*; cf. IX, 4, 3, ubi ego „*si . . ambulavit* (sic Jq, c ɔ: C, l ɔ: Z; vulgo ex MR *ambulaverit*) is, qui h. e. *tulit*, in i. t. d. *incidit*“; de mendo alibi dixi.

Ep. 12. a. 1. Ego ex *putabis* (M) malui facere *putabā: is* (J, sed om. *is*) quam *putavi: is* (vulgo ex acl; Rβh: *putabis: is*). *Putabam* enim ad *sunt cogitata* relatum est. Deinde, ubi vulgo est *Sed satis lacrymis*, quod quid esset, nemo dixit, ego: *S. s. de lacrimis* ɔ: Sed satis deploravi, quam „*infelix*“ et „turpis“ sim; cf. IX, 19, 3 *Sed haec satis deplorata sunt*, X, 4, 1; 14, 1, al. De *satis de* cf. 11, 3, al. multa. — **2.** Ex Wölfflini conj. scripsi *Παρακλεπτέον* (Ich muß mich vor den Wachen vorbeistehlen, quibus „undique custodior“), ad quod aptissime adiungitur „et *occulte* in. a. o. corrependum“, cf. § 4 et ann. ad 10, 3. — Infra vulgo: *Non credo, ut est luculentus auctor; p.* (Or. II, B, Klotz. *a.! p.*). Scilicet *ut* volunt esse = *utpote, quippe* (cf. Freund. lex. B. 3, Kritz. ad Sall. Cat. 31) et *luc.* ironice = *non l.!!* Scribendum saltem fuit *ut est non l. a.* Ego et Madvigius ex *VT* fecimus *NEC*: Cicero duas ob causas nunciis illis de Sicilia non credebat, primum quod res ipsa per se credibilis non esset, deinde quod auctor non esset luculentus. De mendo cf. XVI, 15, 2, ubi Z, C, AF, vc, recte *nec dubito*, MJψ *et d.*, al. — **3.** Ex Madv. conj. (Adv.) scripsi: *eadem uere* (MJ *e re*, Bess. et Lolgii *fere*; vulgo ex Racl *de re*). Verum esse *vere* docet contrarium illud „bene *simulantem*; excidit facillime *V* post *M.*

Ep. 12. b. 3. Vulgo ex J: *indoles.* Ego ex vc, MR: *† indolens*, in quo latet *indo(les excel)lens* simileve aliquid: requirit enim *indoles* epitheton aliquod, et cf. de eodem iuvene 10, 6 „*Mirum* est enim *ingenium: ἤθους ἐπιμελητέον.* Deinde non dubito quin Cicero scripserit *aliquod in hoc* (vel potius *in hac* sc. *indole*) *sit* (cf. XV, 12, 2), id quod ex sqq. *nullum est* (ɔ: non est) et *esse potest* satis intelligitur; quare ego: *a. † hoc sit.* Quid in † AKIMOΛON lateat, Madvigius aliquis videat: Manutii conj. *ἄκιμον* (vel potius *ἀκέσιμον*) mihi haud mala esse videtur.

Ep. 14. 3. B. ex Lamb. conj.: *sed tardus est ad exeundum.* MRJacl: *sed t. ad e.* Ego inter *sET* et *TARdus* inserui *ERAT*, ɔ: sed ex iis, quae tum *dicebat*, tardum eum ad ex. esse *videbam.* Praecedit praeteritum *distulimus*: sequuntur *foret*, „odiosus (sc. *erat*)“, *asseverabat, colligebamus, augebant*; describitur scilicet tota hac paragrapho, sicut § 1, sermo ille Ciceronis cum Servio, cuius summa haec fuit: „Quare in hoc non multum *est*; nos a te a. de C. *cogitabimus*“. Ibidem ego ex *fieBANT* feci *fieREnt*; nam *fiant* (sic B ex Ern. conj.) quum longius a *fiebant* abest, tum post auditum *respondebamus* soloecum est, non minus quam si supra *fiat* pro *foret* scriptum esset aut *restituantur* pro *restituerentur*; praesenti tempore saltem debebat esse *fiunt* (cf. Madv. § 369, n. 1). Denique ego ante *AD idem* addidi *ADhortandus*; B. ex Sch. et Or. conj.: *ad idem ** vid.*, ut post *idem* exciderit *excitandus* vel *invitandus* vel *cohortandus.*

Ep. 15. 1. Vulgo pravissime: *assentior; itaque* (= ergo) *me profecturum puto.* Ego: *assentior itaque* (ɔ· *atque ita*, ut tu suades, ɔ: *occulte*, vid. Sch.) *m. p. p.*

Ep. 16. 5. Vulgo ex J: *me. Tamen eum . . videbo.* Quid tandem, quaeso, est *tamen*? Nemo dixit nec dicere facile potuit. Ego: *me: iam* (ɔ: brevi) *e . . v.* In M1 est *metam eum*, unde M2β *me tum e.*, mg. M *me tum cum*, R *me cum e.* De *iam* et *tam* iam saepius dixi. — **6.** B. ex Or. conj.: *et nedum novum morbum r.* Livium aliosque posteriores scriptores *nedum* etiam *post* aientes sententias ita posuisse, ut esset = *non modo*, notum est (v. Freund. II, A.): *ante* sic positum nusquam invenitur nisi in Balbi et Oppii ep., IX, 7, A, 1; sed vel ibi scriptura non satis certa est, nam in M1 est *CICERO meum meum* (vulgo ex M2, RJ: *CICERONI. Nedum*), in quo fortasse latet: *C. Non modo* (per compendia scriptum). Ego ex Z, C, M1: *et ** novum m. r.* (unde M2, cdd. Mal., ψ, RJ *et nedum m. r.*). Excidit ante NO sive *NON modo* sive *NON solum.*

Ep. 17. 1. Vulgo omnes foedo mendo: *quam priusquam aperuissem, dixi*; quum aliquid simpliciter ante quam aliud aliquid factum esse dicitur, coniunctivus a Cicerone eiusque aetatis scriptoribus nunquam ponitur (cf. Madv. § 358). Ego: *aperuI* (cf. Madv. § 338, b, n. 5): aberravit librarius archetypi ad sq. *scripsISSE*, sicut paullo post, ubi B. ex MRJac, ψ: *epistola † scripta*, ego ex certissima Man. conj. *e. lecta* (vid. Em. p. 44), Klotzius male *e. aperta* (legisse enim, non solum aperuisse, epistolam Attici Ciceronem necesse est, antequam cumulatissime cetera“ Serapioni pollicitus est), ad superius *scripta epistola.*

Liber XI.

Ep. 3. 2. Vulgo: *tamen etiam praecipua* (sc. incommoda) *multa* (e re familiari mea) *sunt.* Quid *etiam* esset, nemo dixit. Ego: *t. iam p. m. s.* Negaverat Atticus praecipuum Ciceroni ullum incommodum *impendere* (cf. 2, 3 „id, quod . . *parari*, de *domo*“): respondet Cicero nonnihil quidem consolationis id habere, sed *iam nunc* sibi prae-

cipua incommoda (e re familiari, 2, 2) multa esse. Ex *tamē iam* facile factum est *tamē etiam*. Deinceps B. et R, nonn. Mal.: *quae vides et gravissima esse et me vitare potuisse*. Ego: *q. v. et, ut sunt, g. e . . p.*: sic Zl et F, sed omisso *et* — quod necessarium est — inter *Es et uT*. M omisso *ut sunT* post *eT* ex *uides et* fecit *ut dee̅t*, unde J *ut deessent*, q *ut essent*. De *ut sunt* (ↄ: ut revera s.) cf. loci a Mal. collati, alii multi: de suo librarius nemo *ut s.* addidisset. Pro *me . . vitare* Klotzius probabiliter coniecit *a me . . vitari*: variandi subiecti sententiae causa nulla fuit.

Ep. 9. 1. B., ut ego olim (Em. p. 9), ex Madv. conj.: *statueram, quid facerem*. Ego nunc addito *c̄* (ↄ: *con*) et *t*: *constitueram, q. f.*, quod, opinor, propius abest a codicum vestigiis: M1, Wurzeb. *sit uerum*, Z, vc, M2, Bess., Regii, RJ *sciueram*, unde M3, Oxx. *iueram*. De *con* omisso cf. etiam § 1, ubi M et Wurz. *dic* pro *co(li)dic*, alia multa. — **2.** B. ex Peteri conj.: *hunc tamen*. Ego ex *ill VM*, ut arch. aberrando ad praec. *illum* habuit, feci *e VM*, quod in obliqua oratione rectius est quam *hunc*. Paullo post vulgo: *laedet*: audiunt scilicet: si, quas litteras frater de me scripsit, iis, ad quos datae sunt, redditae erunt ab iisque lectae. Ego: *laedēt*, sc. litterae eius iis, ad quos scriptae sunt, redditae.

Ep. 11. 1. Vulgo: *ne si sit quidem, quod . . scribere debeam, f. id exsequi possim, hoc minus, quod res nulla est, quae scribenda sit*, ↄ: etiamsi sit, quod s. d., scribere non facile possim, et eo minus possim, quod nihil est, quod scribere debeam! Quid apertius quam post *possim* excidisse *possum* aut *nunc possum* aut certe, sine quo audiri *possum* non potuit, *nunc*. Infra, ubi vulgo est *debeant*, ego: *† d.*; coniunctivi enim post *videO* ratio nulla est: Cicero scripsit aut *debebant* (relatum ad *immutata*) aut, ut *β*, *debent* (cf. 16, 5, ubi arch.: *quibus debet* pro *q. debeat*).

Ep. 12. 1. Vulgo: *vespere: eo*. Ego ante E scripsi *vesperI*: adverbii loco Ciceronem, ut *heri*, sic *vesperi* semper scripsisse mihi persuasum est. Deinde vulgo ex MR: *putavi aliquid rescribendum esse;* sed in C est *p. tamen a. r. e.*, unde J: *p. tandem r. e.* Ego ex *tamen* (*tam̄*) feci *iam* ↄ: iam hodie, etsi mane ad te scripseram. In M inter *aui* et *ali* facillime excidit *iam* (*iā*); etsi non negaverim *tamen* ex *tamen l. literis* repetitum esse potest; sed verisimilius videtur post *TAMEN* et *puTAvi* ex *iAM* factum esse *TAMEN*. Deinceps ego pro *maxime quod* (sic M1, vulgo) ex perbono Wurzeb. scripsi *ea re m. q.* (*eo m. q.* M2, RJac, *β*). De *ea re* (= *eo, ideo*) cf. XII, 18, a, 2 *ea re . ., quia*, Fam. XI, 2, 3 *ea re . ., quod*, 3, 3 *ea re . ., ut*, alia, et *qua re*. Aberrando ab *e* ad *e* M1 post *EssE* omisit *EarE*: addidisset de suo librarius nemo.

Ep. 14. 3. B: *praediis. Et † advideo tamen. Te exspecto* (sic MRJβqψ, sed sine *te*, et h, sed *adhuc video exsp.* Ego: *p. Te avide t. e.* De *avide exsp.* cf. XVI, 10, 2 et 13, c, 1, V, 5, 1, Fam. XII, 4, 2, alia; sequitur: *quem videre PERvelim*, in eandem sententiam dictum. Aberrando ad sq. *d* M addidit *d*. Fieri tamen potest, ut Cicero scripserit *praediiS. Set avide tamē te e.* Deinceps B ex Graevii conj. *potest — posci' enim* (Zh, Jac *potest enim*, MRβψ *post e.*). Ego: *p.* — * *e.*; malo enim addi *postulat*, quod et aeque facile excidere post *potest* (*post*) potuit atque *poscit* et usitatius est.

Ep. 15. 2. Vulgo ex marg. M, RJ *queaS tu demere sollicitudinem*; sed qui inde in vc (ↄ: Z) fieri potuit *queaM tuAM d. s.* (unde M *quem tuam d. s.*)? Ego: *queas tu meaM d. s.*: aberrando ad *mEAM* pro *quEAS* scriptum est *quEAM*, deinde ex *tumeam* excidit *me*. Respondet aptissime *tu meam* ad sq. „*tu . . me* conficiunt". Potest tamen etiam fuisse: *q. m. tu d. s.*, ut, omisso *easm* aberrando ab *ea* ad *ea*, ad *tu* ex *queAM* adhaeserit *AM*. — **4.** Vulgo: *haec* .˙. *quaero*. Ego, ut de uno illo *De Fuf. quare n. p. confici?*, scripsi *hoc*. Paullo post B., ut vulgo ante Or., ex MRJ: *esse. Vale*. Ego cum Or. ex c (ↄ: C) et l (ↄ: Z): *e. malle* (sc. quam eam „confici"). *Vale*. Nemo interpolando addidisset *malle*, quod ante *uale* quam facile in M excidere potuerit, apparet.

Ep. 16. 5. Vulgo: *excogitas; id*, quasi vero *etiam si n. e.* cum *tuo consilio egeo* iungendum sit. Ego: *etiam* (sc. *scribas velim*) *si n. excogites, id* (ↄ: te nihil excogitare, quod mihi faciendum putes). „Velim *scribas*" postulat *excogites* (fut. conj.), cui rite respondet sq. *erit*: indicativo Cicero certe scripsisset *excogitabis*.

Ep. 17. 1. Vulgo: *intelligis*. Ego: *intelliges*; necesse est enim eiusdem temporis *intell.* esse atque *putaTO*.

Ep. 21. 1. Vulgo: *lapidibus egisse*. Ego, ut Or. II: *l. † e. h.*; nam *agere* per se ipsum non est, ut voluit Corradus, = *pellere* (de eadem re 22, 2 „*pulsi* a militibus" sc. *e castris lapidibus*. Scripsit Cicero *ExEgisse* aut, ut Or. conj., *eiecisse* aut saltem *E castris Egisse*. — **3.** B. ex Kochii conj.: *ut me meaque ad tempus accommodem*, coll. 24, 5; sed *mea* Cicero pro *vultum et orationem*, ut ibi est, dicere non potuit, et tamen *ME MeaquE* longius abest ab *ea quae*, ut est in M, Wurzeb., *β* et, sed om. *quae*, in R. Vidit lens. excidisse verbum aliquod, sed, quod ex eius conj. vulgo ante B. edebatur, *ut ea videam, quae ad t. a.*, refellere opus nihil est. Ego: *ut ea loQVAr, QVAe ad t. a.*; cf. 24, 5; 17, 2 „non dubito . . *loquar*". Paulo post ego et ex Madv. conj. (in Adv. II) inter *melius* et *QVorum* addidi *QVam* et ex mea malui scribere *utilitate meam* (*utilitatem eam* Wurz., unde MRJβhψ *utilitatem meam*) quam, ut, vulgo, ex Asc. *utilitati m.*; de ablativo vid. lexx. v. *iungo* et *coniungo*.

Ep. 23. 3. Ego post *potissim VM* posui *** et ante *hoc vel t. †*. Audiri neque illud potuit, unde penderet *ut . . tabulas*, neque verbum aliquod, quo *tabulas* regeretur. Excidit fere hoc: *tam esse perdit VM* (vel *scelerat VM* vel *improb VM*) et in *hoc* latet *cogitet*. Ego pro *tu et haec* scripsi *tu et hoc*, ↄ: „tumne . . an prius".

Ep. 24. 1. B. ex Vict. conj.: *etiam ante bis ad T.* (sic a2, c, sed sine *bis*). In archetypo fuit, ut in Z, *e. ad me bis ad T.*, unde MJβ (Rh) *e. ad me visat T.* (*b* pronuntiando = *v*). Ego, quoniam *ante* addi necesse non fuit, delere *ad me* malui, ut aberrando repeti-

tum, quam ex eo facere *ante*. — **2.** B ex MRJβh, Oxx.: *Sed ad meam manum † reddiderint enim haec occultius agenda.* Ego ex *reddiderint* feci *redeo*, *erunt* (L.: *redeo*, *sunt*); de confusis *redire* et *reddere* cf. XII, 41, 1, ubi M *redditurus* pro *redit.*, et 4, ubi M1 *redet* pro *reddes*, al. Klotzius paullo propius ille quidem a *reddIderint* scripsit *redII: erunt* (redī erunt), sed praesenti tempore Cicero in hac ad aliquid redeundi formula uti solet. Deinde vulgo: *quod tum factum, quum*: ego post *factum* addidi *est*, quod Cicero in relativis sententiis sic non audit. Tum vulgo soloece: *tibi p. velIM*, *si i. i. velLET*; ego: *velIT*, nam *velLEM* scribere ita demum rectum esset, si Cicero sciret putaretve Terentiam idem nolle, sed unde qui eam timorem suum „celaret", id sciret? Denique miror Baiterum cum Or. II scripsisse: *quod scribis nobis*, *nostra et tua T. f. p.*, in quo *nobis* prorsus abundat (Cicero, puto, saltem, ut § 5 *Quod me mones*, ita h. l. *Q. mihi s.* scripsisset). Ego confidenter, probante Madvigio (ad Fin. IV, 56), cum Asc. I delevi *nobis*: librarius scilicet, quum ex *nostra* scripsisset *no*, aberrans ad *scriBIS* addidit *bis* et *nobis* non deleto ipse se correxit scribendo *noSTRA*, de quo frequentissimo errandi genere cf. V, 11, 5, ubi ego ex mea conj. delevi *nos* inter *nosse* et *nostram* additum, Klotz. et B uncis incluserunt, al. — **4.** Ut § 3 distinxi: *fecerit. P.* (vulgo: *f.? P.*, quas *perspicis* sit = *perspicisne*, sic ego hic: *aut etiam, si* (vulgo ante B.: *aut*, *etiamsi*). De *aut etiam*, oder auch (fere = *aut certe*) vide lexica. Ceterum facile intelligitur vulgo ante B. rectissime scribi: *perferendum*, *et* (sic RJacl; *ut* Mβh; *aut* B. ex pravissima Ursini conj.) *eo* (ɔ: quod „*nihil* habet, quod p. ad me *celerius* perf.") *me m. e. d.* (sc. puto) et ex Man. conj. *curat* (B ex MRJβh, Oxx. *curet*). *Et eo me m e. d.* per parenthesin quandam ad prius diiunctionis membrum additum est.

Ep. 25. 1. B. ex Jacl inter *exponis p. v. nullum* et *consilium* addidit *te habere*; sed, sic si Cicero scripsisset, male abundaret sq. *a te*; ego scripsi: *e. p. v. n. esse c.*: sequitur „consolatio vero nulla (non modo tua, sed cuiusquam) *est*, quae levare possit d. m." Ibidem, quod Madvigius (in Adv.) pro *consolationis cuiusquam* scribit *c. usquam* auditque *tuae*, ego, ut iam significavi, ab eius correctione et olim defendi et etiam nunc (cum Nevio) defendo *cuiusquam* (ɔ: ullius hominis). Negaverat Atticus *consilio* Ciceronem iuvare se posse, *consolatione* non item, vid. 17, 1: iteratur hic, quod supra dictum erat: „cons. c. *nulla* (omnino) est, q . . meum". — **3.** Ego: *apud † epistolas velim, ut possim, adversas* (sic ZMRJ, sed J *adversus*, β, cdd. Man., B, sed is, ut b et h, *advertas*). Ego paene certum habeo Ciceronem fere sic scripsisse: *a.* εὔπιστον (sic Bos. conj.) *tabulas* (sc. testamenti), *ut possint* (*possint* Bos. conj.), *adservatas* (vel *adservari*); cf. de eodem testamento 24, 2 „ut (Terentia testamenti tabulas) alicui *committat* (sc. *asservandas*), cuius *extra* periculum h. belli *fortuna* sit", et de *tabulas asservatas* pro Archia 9 „quum Appii *tabulae* negligentius *asservatae* dicerentur". *Ut possint* (so gut als möglich) recta oratione esset *ut poterunt*. Ex *eypistOn tabOlas* (antiquitus, opinor, scribebatur *tabOla*) fieri *epistolas* facillime potuit, ex *adservatas* item *adversas*.

Liber XII.

Ep. 14. 3. Vulgo: *nullam consolationem esse talem.* Ego: *n. Cons. e. t.*, ɔ: nullum librum Consolationis a Graecis conscriptum tam praestantem esse quam eum, quo „ipse me consolor". Liber ille inscriptus erat *Consolatio* (T. D. III, 16 — de quo loco vid. Em. meas II p. 58 —, 70, I, 65, Lactant. Inst. III, 18, 18 et 28, 9) vel *Consolationis liber* (T. D. IV, 63, Hieronym. Epit. Nepot,) sive „de luctu minuendo" (Att. XII, 20, 2; 14, 3 dicitur de Graecis libris „de maerore minuendo"). Paullo post B. ex altera mea conj. *omnique vi nitor* (in archetypo fuit, ut in Z, vc, cdd. Mal., M2, R, *omniaque nitor*, M1 aberrando ad sq. *ad* ante *omn.* addidit *ad*): ego ex altera malui scribere: *o. vi. enitar.* De *enitendi* verbo cf. 22, 3, XIV, 14, 6, sexcenta alia: *niti* sic positum apud Ciceronem multo minus usitatum est. Post *omniaqVE* facillime excidit *VIE*.

Ep. 17. Vulgo: *quid ad me?* Ego ex mea eademque Baiteri conj. post *quid* addidi *id.* In elliptica hac formula necessarium est subiectum aliquod: sine *id* esset = *nihil (nulla res) ad me pertinet.* Fam. IX, 26, 3 (et alibi) Baiterus ipse, sicut ego, *id* addidit. Similiter ego et B. ex Or. conj. Fam. X, 31, 6 necessarium obiectum *id* (*it*) inter *quanTI* et *aestimem* addidi. — Deinceps, ubi vulgo contra Ciceronis usum ex RJ est *Pansae profectionem scribes*, ego: *De P. profectione s.*, sicut Mβ, sed ii omisso *de* inter *tamē* et *p.* (d = p).

Ep. 22. 3. Vulgo: *Ne Silius quidem quidquam utitur.* Ego inter *utitVr* et *et IS VSVrIS* addidi *SVIS*, quod audire minime licet: sine *suis* audiendum erat *Lamiae hortis* vel *Drusi et Lamiae h.* Deinde Lipsius ex *et iis usuris* rectissime fecit *et is u.*; *is* (= is quidem) non abundat: addito eo Silius, *locuples* homo, opponitur Druso et Lamiae, qui, ut minus divites, usuris sustentari minus facile poterant. B. audacius *iis* uncis inclusit. Antiquitus scribebatur *īs* pro *iis*: inde confusio illa.

Ep. 25. 1. Vulgo: *reliquae pecuniae vel usuram pendemus*, quasi usuram pendere gravius aliquid sit quam sortem „numerato" solvere. Ego ex mea eademque Kayseri conj. delevi *vel*, ut anticipatum ex sq. *vel ab aliquo*; cf. de eadem re 22, 3.

Ep. 27. 2. Vulgo: *Ex Aledio*, *quod scribis*, *si quid inveneris* (ɔ: de Publilii in Africam profectione quaerendo cognoveris, cf. 24, 1), *scribes.* Ciceronem sic saltem *ut scribis* scripturum fuisse miror neminem vidisse. Ego: *quod scribas*, cui contrarium est sq. „*nihil* habere nos, *quod scribamus.* De sententiarum inter se collocatione vid. Madvig. § 446, c.

Ep. 31. 1. Vulgo: *si addiderimus aliud*, *a quo* (sc. vendendo filii causa) *refugiat*, *quum ab ipso id* (sc. ad vendendum) *fuerit destinatum*, *venditurum.* In explicando *aliud* Corradus, Manutius, Grono-

vius frustra se torserunt, quum *praedium* audiverunt. Agi de pretio hortorum Silii satis intelligitur quum ex sq. *quod summum pretium constituam*, tum ex 30, 1 „vereri videris, primum ne nolit (vendere), deinde *ne tanti*“ (ɔ: ne tam parvo, quam ego emere volo). Cicero scripsit *a. aliquid* (sc. ad id pretium, quod solvere velimus) *a quo* aut saltem, audito *aliquid:a., illud, a quo*. Confundi persaepe *aliquid*, *aliud*, *illud* constat. In textu scripsi: *a. † aliud.* — **2.** Vulgo: *silvam*. Ego: *Silianam*. Cicero hoc dicit: quanto meliores Siliani horti quam Drusiani sint, ego nescio, nunquam enim in eos, nec in illos nec in hos, accessi (ɔ: eos *vidi*); sed *audiendo* novi Coponianam (quae nunc *Drusi* est) villam et veterem esse et non magnam. *Silianam* vero nobilem (cf. 27, 1 „*Silianam villam* . . puto *tibi notam* esse), fructum autem neutrius, nec illius nec huius, novi. Non de Drusiana *sola* villa eiusque *silva*, sed de *utraque villa* Ciceronem scribere testatur etiam, quod sequitur: „Sed mihi *utrivis* istorum . . aest. sunt“. Omisso *an* ante *am* ex *siliam* factum esse *siluam* non mirum: corruptum in M plerumque *Silii* nomen est, ut 30, 1 *Silli* et *Salas*, 25, 1 *Scilio*, 26, 1 *Agidio* ɔ: *A. Silio*, 27, 1 *ssilianam*, 24, 1 *Asyllius* ɔ: *A. Silius*, 23, 3 *consilio* ɔ: *cum S.*, 44, 2 *si illi*, VI, 1, 13, ubi C recte *Silium*, MRJ *SilVium*.

Ep. 32. 2. Vulgo ex Corr. conj. ridicule: „*una* est vitatio (sc. Publiliae et matris ad me adventus), ut ego *nolim* (sc. eas ad me venire); sed necesse est“ — quid? eas ad me venire! Ego et Madvig. ex archetypo: *una . . . ego *: nollem; sed n. e.* Sententiam loci Man., Gron., Sch. ex iis, quae sequuntur, et ex 34, 1 fere viderant, vitium non item; Sch. non inscite ille quidem scripsit: *ut ego absim*, sed idem soloece *Nolim*, *s. n. e.* Post *egO* excidisse *aliO* (sc. hinc discedam) aut *istuc* (sc. *veniam*, cf. de eadem re 34, 1) ego olim conieci et nunc (Adv.) Madvigius, qui etiam suspicatur: *ut ego aVOLEM: NŌLEM.* Sic recte dicitur: nollem hinc discedere, *sed* aliter fieri non potest, ut eas vitem. — **2.** Vulgo cum v2: *nihil opus est*; MRJ, Oxx., acl, ɔ: archet., *n. o. sit.* Coniunctivo quidem potentiali locus non est, sed ex *sit* ego feci *erit* (sc. quum filius Athenas *venerit*). Ex *erit* aberrando sive ad proximum *satiS SIT* sive ad superius *OPVS SIT* factum est *opuS SIT*. Deinceps vulgo soloece: „quibus a. in via *utatur*, domi sunt plura quam opus *erat*. Ego: *opus erit*. Sine *q. in v. ut.* dici posse *d. s. pl.*, *q. o. erat* (Madv. § 348, e, n. 1) longe aliud est. Postremo ego scripsi: *† animadvertis*: fuit aut *animadvertes* (sc. quum domum meam inspicies) aut *animadverTIsTI* (sc. quum domi meae eras), cf. 42, 1, ubi MRJ *scripsi* pro *scripsisti*, alia multa. *Animadvertis* parum apte esset *animadvertere soles*.

Ep. 35. 1. Ego *me*, quod vulgo durius audiebatur, inter *operE* et *Moverct* addere malueram quam, ubi B. addi vult, inter *quod* et *non*.

Ep. 37. 4. Vulgo: *quare etiam Othonem vide*, quasi Cicero Atticum roget, ut, si alius (Drusi) hortos sibi parare non possit, Othonem *quoque* (unum Scapulanorum heredum) conveniat cum eoque de iis emendis agat: contra esse ex § 2 (cf. 41, 3) facillime in-

telligitur. Manutius *etiam* aut esse = *iterum* (nochmals) atque illud a Cicerone dici: „iterum *te admoneo* de Othone conveniendo“: At *etiam* haud raro est = *etiam nunc (tum): iterum* nunquam est. Miror neminem vidisse, ut multis locis, sic hoc post *etiam* excidisse *atque etiam*; de *e. a. e. videre, cogitare, considerare, reputare*, sim., vid. lexx.

Ep. 38. 1. Vulgo soloece: *si modo homines sint.* Ego *sunt:* in oratione non obliqua indicativum *si modo*, *dum modo* coniunctivum postulare quis ignorat? Nec ob *existiment* rectius h. l. *sint* esset, quam si supra esset „si, qui . . *putent, sciant*; cf. XIII, 2, 1. XIII, 12, 3 recte, ut in obliqua oratione, est: „me *parabam*, ad id, quod i. m. *misisset*, ut . . λ. (sc. responderem), „*si modo potuissem*“. — 4. Vulgo soloece: *facere possim.* Ego: *f. possum*; coniunctivi enim causa quae tandem fingi potest?

Ep. 41. 3. Vulgo soloece: „sin . . *placet* . ., t. *assentiar*“, quod ita demum recte se haberet, si esset *placebit.* Ego: *assentior.*

Ep. 42. 1. Nunc vulgo ex Gron. conj.: *non molestum fuit, nihil aliud scire me nisi novi* (ac *novi nisi*) *te nihil habere.* Ego ex egregia Madvigii (Adv.) correctione: „*n. m. f., si n. a., s. me novi te n. h.*, ut est in vc, MRJ, Oxx., nisi quod omnes illi om. *si.* De sententia cf. 45, 1. Inter *It* et *nI* facillime excidit *sI.*

Ep. 43. 1. B. ex M: † *Quod scies* (sic MJac, Oxx.) *recte illam rem* (ɔ: fani illius consecrationem) *fore levamento bene facis cum id esse.* Ego primum: *Q. scribis* (sic Z) *reri te* (sic iam R, sed *scribis r. te* post alterum *mihi* transposito) *mihi illam* (sic Z, c ɔ: C) *r. f. l., b. f.*; confusa in his epistolis *scribere* et *scire* quum aliis locis non paucis sunt, tum facillime hoc, quo praecedit *scies*, sicut VII, 26, 3, ubi primum Mψ *scienti* pro *scribenti*, deinde post *scias* vulgo *scis* pro *scribis.* Ex *re(ri)te* non mirum si factum est *recte*, praesertim rariore illa verbi forma (*reRI*); potest tamen fieri, ut Cicero scripserit *scribIS exIStimaRE te*, posito eodem verbo, quod infra est in *ut* . . *potes.* In M (teste Furia et Baitero), Oxx. excidit facile *mihi* (*mI*) ante *Illam*: Ja (sicut M teste Victorio?) ex *me* fecerunt *in.* Deinde ego ex Or. eademque mea conj.: *tamen* (*tum* ZF; *cum* MRJ, q) *id est* (sic Sch.; *esse* MJ, a1, q; *esset* R, a2): quamquam *cum* (*quom*), si in arch. fuit, etiam ex *quam(quam)*, ut scripsit Sch., fieri potuit. De tota h. l. sententia vid. Man.

Ep. 44. 2. Vulgo: *Quod . . inclusisti, ratione fecisti*, contra Ciceronis usum; cf. Madvig. ad Fin. 1, 32 (ubi *ratione*, vernunftgemäß, necessarium est) et Op. Ac. I p. 333 (de Verr. I, 13 (ubi Zumpt. ex gl male *ratione*).

Ep. 45. 3. Vulgo: *pervulga Hirtium.* Ego ex *HiRTIum* feci *HiRTI (LIBR)um*, ut de eodem Hirtii libro sive epistola (de Catonis vitiis, vid. 40, 1) est 47, 3 *Hirtii librum* . . *divulga*, 44, 1; cf. 41, 3 *Hirtii epistolam.* Longe aliud est XIII, 44, 3 *Cottam, Libonem, Cascam* dici de totis historicorum illorum Annalibus: Hirtius praeter illam ad Ciceronem „Epistolam“ alios quoque libros scripserat.

Ep. 47. Vulgo: *etsi de cupiditate nemini concedam, ceteris rebus inferiores sumus.* Ego: † *concedam:* nec coniunctivus potentialis (ut sit = *concesserim*) aptus est nec fut. ind. de eo, qui emendi iam cupidus erat (vid. 31, 2; 43, 2, al.). Cicero, opinor, scripsit aut *concedo; sed cet.* aut *c.; in cet.* aut certe *c.* (vel *concedimus*); *cet.* De *etsi (quamquam) . .; sed* saepius dixi. De „inferior *in* re aliqua" vid. lexx. Ex *o* aut ex *oin* aut ex *im'* (ɔ: *imus*) fieri potuit *ā* vel *am*; *set* quidem ante *cet* si excidit, non mirum.

Ep. 50. Vulgo barbare: *satis consilium . . haberem.* Ego: † *cons.* Aut ex *consili* frequenti errore factum est *consilium* (ut Rh. ad Her. I, 1 *satis otium* ex *s. oti*, Att. VIII, 3, 5 M *nihil o. negocio* pro *n. o. negoti*; XV, 26, 1 pro *filio* puto scribendum esse *fili*, *alicui* enim *fidem infirmare* dici vix potuit) aut ante *Cons.* excidit *Certum* (Moser.).

Ep. 51. 2. Vulgo: *optimi civis, sed ita optimi, ut tempora, q.* Ego ex mea et Moseri conj. post *VT* addidi *sVnT*, quod audire non licet: sine *sunt* dicendum fuit *temporum.* An post *tempora* excidit *patiuntur* vel *ferunt* vel *postulant*? — 3. Vulgo: *Sed et haec et alia multa.* Ego: *hoc*, ɔ: unum illud, „de Caerellia".

Liber XIII.

Ep. 4. 1. B. ex pessima Or. conj.: „Habeo munus a te elaboratum (ɔ: absolutum) decem legatorum (sc. eruendorum, quinam fuerint, cf. 30, 3) *atque idem puto; nam*". Debebat saltem esse *a. ego i. p.*, quod tamen Cicero ita demum scribere potuit, si dixisset: „*Tu arbitraris* (*scribis* simileve aliquid) munus . . leg." Ego ex *et quidem puto* (sic vulgo ante B) feci *ut equidem p.* De sententia vid. Man., qui tamen in eo erravit, quod audiri in *puto* posse putavit *eos fuisse, quos tu scribis:* audiretur, sicut in mea scriptura, „m. a te *elabor.* d. l."; sed vel sic „*et* quidem" locum nullum habet, neque enim, ut XV, 21, 2, novi quidquam adiungitur, sed „H . . *elab.* d. l." restringitur; cf. de *ut equidem p.* 47, 3, Fam. IV, 7, 3, XI, 28, 3, XV, 4, 13, T. D. 1, 105, Brut. 185, sexcenta alia. Facillime sive omisso *ut* post *um* ex *equidem*, ut persaepe, factum est *et q.* sive scripto, ut sexcenties, *et* pro *ut*, post *Et* omissum est *e*, etsi Cicero etiam *ut quidem p.* scribere potuit.

Ep. 5. 1. B. ex mea conj. (Em. p. 111): *sed videlicet *. Etenim.* Vulgo sine *: *s. v. E.* Ego ex mea conj. ante *EteNIM* addidi *ErraVI*, quo verbo quodnam aptius est?

Ep. 6. 1. Vulgo: *nec coheredibus solum, sed etiam . . de puero L.* Sententiam totius huius loci recte exposuit Bosius, sed ne is quidem vidit post *nEc* excidisse *dE*, id quod ut addatur, *non . . solum, sed etiam de* necessario postulat: *de coh. H.* est de ea pecunia, quae coheredibus H., quorum unus Piso erat, debebatur.

Ep. 10. 3. Vulgo: *Sed haec ipse optime* (sc. *statuet*). Ego: *hoc*, ɔ: unum illud, quando sibi agendum sit.

Ep. 12. 4. Vulgo: *Cum Pisone Erotem habes*, quod interpretari Man. frustra conatur. Recte Or. II voluit sic distingvi: *C. P.* (sc. *transige de auro*): *E. h.* (sc. *per quem cum Pisone agas*); cf. 2, 1, ubi vulgo: *Pisonem sicubi de auro*, ego: *P.*, *sicubi* (eum videris), *de auro* (appellabis). Sed, quoniam ad *Cum P.* nude sic positum audire *transige* non licet, ego ante *CVm* addidi *TV*, ut de eadem re est 16: *Tu cum Pisone*, *si quid poteris*.

Ep. 13. 3. Vulgo: *in his*. Ego: *in iis*, ut scribendum fuit, etiamsi in M non esset *in hiis*.

Ep. 16. 2. Vulgo: *hocne*. Ego, ut „maluit" Or. II: *hocine*, sicut ipse B. IX, 7, 3 scripsit cum Madv. (ad Fin. I, 34) atque pro Rosc. Am. 141 scribendum est (*Hicine*).

Ep. 18. 1. Equidem, ut vulgo: *Vides*, *propinquitas quid habeat: nos vero conficiamus* (ɔ: emamus) *hortos* (Scapulanos, cf. 12, 4). *Colloqui*; sed persuasum mihi est Ciceronem sic scripsisse: *Nos vero c. h. Vides . . habeat: c.* Scripserat Atticus de emptione illa: respondet Cicero cum affirmatione (*vero*, ja) additque causam, cur eos hortos emere velit: „propinquitas (Scap. hortorum, cf. XII, 37, 2) quid commodi habeat, vides ex eo, quod colloqui . . . litterarum". *Vero* sic etiam in initiis epistolarum ponitur, ut Fam. IX, 5, 1, IV, 6, 1, XVI, 10, 1 et 23, 1, Att. V, 1, 1, VIII, 2, 1, X, 7, 1, XI, 9, 1, XIII, 27, 1 et 41, 1 et 43, XVI, 3, 1. Mira sane parenthesis illa esset, qua Corradus *nos . . h.* interpositum fingit. De Medicei transpositionibus cf. Em. p. 31—49.

Ep. 19. 1. Vulgo: *Hilarus librarius*. Ego: *H. libertus*; neque enim librarius is erat, sed *ratiocinator*, vid. I, 12, 2, ubi est „*Libertum* ego habeo . . *Hilarum*, *ratioc.* et clientem tuum", de alio Hilaro (Libonis) XVI, 4, 1 est: *Hilarum*, *suum libertum*. Scriptum erat in antiquo aliquo codice, saltem interdum, per compendium *Lib.* (III, 17, 1 CMJ „Reguli *l.*", XII, 37, 1 ZM1 „Aegypta *l.*", ex quo R fecit *A. litteras*), unde arch. h. l. *librarius*, V, 21, 4 *ipse* (ubi ego ex Lamb. conj. scripsi *liberto*, nam *ipse* cur Cicero ad *scribis* adderet?). — **3.** Vulgo ex M2, RJ: *et nos sex libris*. Ego: *et nos IN VI. l.* (*et nos vi l.* M1). Post „ut *et H. in* multis" in altero membro iterari *in* necesse est; cf. ann. ad F. XIII, 6, 3. Ibidem ego post *loquitur* addidi *Scaevola*: mirum enim, si Cicero h. l. unum eum ac potissimum ex dialogi illius personis (Orat. I, 24 et II, 12) praetermisit; cf. Q. F. III, 5, 1, ubi B ex mea conj. (Em. p. 38) post *Manilii* addidit *P. Rutilii* coll. Att. IV, 16, 2. — **5.** Vulgo: *easque partes*, *ut*, quasi hoc iungendum sit cum *ad id p. genus*; sed, ut recte dictum est nihil ad Varronis philosophiam aptius esse quam Academica Ciceronis (quae „in Catulum, L., H. non cadebant"), sic pessime eadem dicerentur aptissima esse ad eiusmodi Ciceronis in iis partes, ut . . vid. Ego: *e. p.* ***, *ut.* Excidit aliquid, quo *eas partes* regebatur, ut *ego mihi sumpsi* (Lamb. conj. *e. p. sumpsi*, *ut*); de *aliquid sibi sumere* vid. lexx., de *partes s. s.* cf. Caes. III, 51, 5, al.; *ego* quidem necessarium est, quo Cicero se ipse Varroni opponat.

Ep. 20. 4. Vulgo: *δεδῆχθαι te nollem; quod nihil erat. Quod* non, ut voluit Corr. et est VI, 2, 8 *morderi te* i., *quod non s. sis*, esse coniunctionem, sed pron. rel. facile apparet, audire autem *eo*, ut fecerunt Vict., Man., Sch., non licet: ego ante *nO* addidi *eO*. — Ibidem ego inter *Non licet sc. sententiam sVAM* et *sEd* inserui *MVtArE*, quod audire iustos ellipseos fines (de quibus vid. Madv. ad Fin. I, 9, Gramm. § 479, d) longe excedit, vis enim sententiae non in *sent. s.* inest, sed in ipso *mutare*, nec *non probare* et *non curare* eo carere possunt, quod iis respondet.

Ep. 21. 3. Vulgo: *quam aut de rumore* (cf. 20, 4) *aut de Pollione. De Pansa etiam . ., de Critonio, si quid esset, certe ne de Metello et B.* Primum ego, ut iam Gron., sic distinxi: *Poll., de P. e.*; nam per *etiam*, et quidem rite, *de Pansa . . de M. et B.* cum iis iungi, quae Cicero se dicit minus curare quam illud de *inhibendi* verbi usu, iam Gron. vidit. Deinde ego ex soloeco illo *esset*, feci *est* (ɔ: allatum est, scitur), *set* (Or. conj. *esset*, *sed*) et cum Gron. delevi *ne*, ut sive ex *te* vel *de* ortum sive ex sq. *placetne* huc protractum. — **7.** B. ex arch., sed prava Sch. distinctione: *audio laudabilia, de* (ɔ: ex) *Scrofa etiam proxime* (sc. audivi). *Accedit, si . . rem: εὐγ. est etiam quam pater.* Sed, ut omittam ex *audio* durius audiri *audivi*. Cicero saltem scripsisset: *Accedit* (vel *A. etiam*), *si . . rem, quod εὐγ. est quam p.* Ego: *a. l. de S., etiam* (sc. *id*) *quod pr. accidit* (mihique a S. narratum est). *Si . . rem, εὐγ. est e. q. p.* Ante *PrOx.* facillime excidit *QuOd; accidere* et *accedere* sexcenties confunduntur.

Ep. 22. 4. Vulgo: *sed vita fert.* Ego, ut B. quoque mavult: *sed vita ita f.* (Or. conj. *sed i. v. f.*). *Ferre* sine *ut*, *ita* aliove aliquo, quo quid aliquid ferat indicetur, non dicitur, nisi post *si* (de Imp. Pomp. 70, ubi tamen post *volunTAs* excidere *iTA* facile potuit), *dum* (Ter. Andr. I, 2, 17), similia; vid. lexx. — Ibidem ego *VOti* ante *NOmine* transposui (cf. ann. ed Fam. II, 1, 1) et pro *quis* scripsi *quibus* (*quib.*), mirum enim, si Cicero tantum hoc loco et paucissimis aliis antiqua illa forma usus est. De *B.* (bus) et *S* confusis satis dixi. Ceterum sine dubio *mE* excidit post *tE*; *malitia* equidem, ut vulgo ante B ex Jacl scribebatur, restituere non dubitavi; nam *MIlitia*, ut B. ex ZMR, Oxx. scripsit, post *oppriMI* ex *MAl.* fieri facillime potuit.

Ep. 27. 1. Vulgo: *in illos. in eis in cognatum tuum.* Ego: *in i., in eis [in] c. t.*; *in* enim et male abundat et aberrando repeti facillime potuit.

Ep. 29. 3. Or. et B: *Cras aut te* (exspecto) *aut causam* (cur non veneris); *† quam quidem futuram Faberianam.* Audire cum Manutio *puto* non licere Or. vidit., qui conj.: *q. video* (vel *q. quidem video*) *f. F.* Ego ex mea eademque B. conj. ante *fVT* addidi *pVTO*, cf. de eadem re 31, 1; sed vel sic durius est „quam (*causam*) quidem puto futuram F. (*causam*)“: excidit sine dubio *moRAM* post *futuRAM*, cf. 31, 1: „*morabor* te; non enim *puto* tam expeditum *Faberianum* negotium *futurum* . ., ut non habeat aliquid *morae*“.

Ep. 30. 1. Vulgo: *auctionem biduum* (sc. *fore*). Ego: *a. biduo*): nam Ciceronis Atticum avide exspectantis non tam intererat, quamdiu auctio illa esset futura, quam quando, et, si, ut vult Man., *hortorum* Scapulanorum auctio erat, mirum, si ea *uno* die finiri non poterat. Man. confert IV, 12, ubi ego cum Lamb. ex uno Mal. cd. et Z: „Macroni vix videor praesto esse *posse; Idibus enim* auctionem (sc. *fore*) Larini video, et biduum praeterea“ (MRβ om. *posse Idibus*; Jac *esse; Idibus enim*; B. inaudita ellipsi: *pr.* — sc. *esse posse* —; *esse enim a. L. v. et b. pr.*); sed ibi Lamb. ad *biduum* recte audivit: *Larini mihi commorandum est.* — **3.** *Volo aliquem † Olympia* (sic MRJac) *aut ubi visum.* Ego: *V. a. Olympiae* (sic ante B vulgo ex facillima Man. conj.) *aut, ubi erit mihi visum.* De sententia vid. Bosium et Ern. et cf. 32, 3. Excidit facillime *erit mihI* post *ubI*; etsi *mihi* fortasse audiri potuit; sed a Ciceronis quidem usu plane abhorret *erit* quoque audire.

Ep. 31. 1. Vulgo: *morae. Quum poteris igitur* (sc. *venies*, cf. 29, 3 *sed, si poteris*, sc. *ipse venies*), *quoniam etiamdum abes. Dic.* Pessime abundaret *q. e. a.*, si cum *q. p. i.* iungendum esset. Ego ex Madv. corr.: *m.: q. p. igitur. Quoniam etiamnum* (*etiamnum* iam Or. voluit) *a., D.*, ɔ: Quoniam te *ipsum* habere nondum possum, saltem *Dicaearchi libros* mihi mitte. *Etiamdum* quidem barbarum est: *etiamnum* Ciceronisne sit, dubitare licet, quare vide ne ex altera Or. conj. scribendum sit *etiam nunc.* — **3.** Vulgo: *De epistola ad Caesarem κέκρικα* (ɔ: decrevi eam non mittere). *Atque* (B: *κ., a.*) *id.* Ego ex *AtquE Id* feci *AtquI Id* (*AtquId*); neque enim, quod sequitur, ad *De ep. ad C. κ.* adiungitur, sed ei, quod Cicero epistolam illam *non mittere* decreverat, opponitur: potuit etiam dici *Etsi id.*

Ep. 32. 3. B. ex mea conj. (Em. p. 15), ut ante *Cum* addidit *Cos.*, ita addere *L.* ante *Lucullo* debuit.

Ep. 33. 2. Excidit post *exspeCTO* sine dubio hoc: *De X legatis si AntioCHO*, ut iam Sch. voluit, sed is sine *si*, quod omissum (cf. Madv. § 442, a, n. 2) emphasin h. l. falsam haberet. De *Antiocho* cf. quod de eadem re infra sequitur: *tu de Antiocho scire poteris.* Similiter paullo post excidit *L. MummIO* post *CornelIO* et *atque etiam* post *etiam.*

Ep. 35 et 36. 3. Post *audiO* addidi *eO*; mirum enim erat, si Cicero scripsisset *EOque mihi iucundius* et *certiusque EO*, sed *HOC a. libentius*, audire enim *eo* ante *quo* Ciceronis vix est, neque vero obiectum *audio* verbi h. l. deesse potest.

Ep. 38. 2. Vulgo: *utrum i. Asturae?* Non licet cum Man. audire: „melius esset (est) Quintum excipere“. Ego: *Asturā* (sc. *discedam* an hic — in Tusculano — maneam); cf. 34, 1, ubi M *ad sture veni*, R *Asturae v.* pro *Asturam v.*

Ep. 39. Ego ex mea eademque Orellii conj. ante *Παλλάδος* addidi *περί*, ut de duobus Dicaearchi scriptis, altero *περὶ θεῶν*, altero *π. Π.* 32, 1 vero (*Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque v. m. et καταβάσεως*) breviter dictum est *κατ.* sc. *librum* (sicut *liber Consolationis*, alia), = *Dic. Κατάβασιν*; cf. 31, 2, 33, 2.

Ep. 40. 1. Addidi *est* post *flagitiorum*, ut in relativa sententia. Aliud est Ciceronem quoque dicere: Nihil bonum *est* (*esse*), nisi quod *honestum*, similia.

Ep. 41. 1. Addidi *Esse* post *bellum* ante *Et*; nam *quereretur filio cum matre bellum*, sine *esse* ne Sallustius quidem aut Tacitus facile dixisset: debebat certe esse *filii*.

Ep. 47. b. 1. Vulgo durius et abruptius audito *quod* (ut desiderarer, si o. e.) *si facerem* ex J: „malui venire frustra quam desiderari, si opus esset: *moleste ferrem postea*“. Ego ex MR, nisi quod ego post *esset* addidi *et*: *malui . . esset*, *et m. ferre p.* Sin in arch. fuit *ferrem*, Cicero scripsit: *esset*, *ne m. ferrem p.*

Ep. 48. 1. B. ex Graevii conj.: „si accierit, accurram (ɔ: *celeriter* veniam); si minus, *non* (Man. parum Latine *haud*) antequam necesse erit“. Sic falso post *non* audiretur *accurram*. Excidit in MRJac, ɔ: arch., inter *MINVs* et *ANT* non *non*, sed *non VENIAM*; scilicet *non veniam*, *a. n. e.* est = *non properabo* venire.

Ep. 49. 2. Ego post *ait illum mE* addidi *dicerE* (Lamb. mg. 1584 post *illum*), quod audire, ut vulgo faciunt, non licet. Si sq. *destituissem* regulae de temporum consecutione repugnaret, licebat addere, quod Graev. audiebat, *dixissE*; sed *dicere* (recta oratione *dicit*) est *dixisse* et *dicere*, et *ait* (sc. in *epistola*) poni potuit cum praeterito, sicut interdum praesentia de *scriptoribus* posita; cf. ann. ad XV, 4, 2 et Em. m. Liv.

Ep. 50. 4. Prave Or. et B *de obviamitione*: ego, ut Graev.: *de obviam it.* *Obviam itio* non minus duo verba sunt, quam *reditus Narbone*, al. De interposito *obviam* adverbio vid. Madv. § 469, n. 2, Att. VII, 6, 2 *cum bene parato*, sexcenta alia.

Liber XIV.

Ep. 5. 2. Vulgo: „vides magistratus, si quidem illi (Or. conj. *isti*, ɔ; ii, quos *tu* vides, fortasse vera) magistratus, vides *tamen* tyranni satellites in imperiis“. Quid est *tamen*? nam, quod Man. vult esse Ciceronis se corrigentis, qui eos *magistratus* appellaverit, quos tyrannus constituerit, et potius *tyr. sat. in i.* vocandos esse ostendentis, quum contortius est, tum falsum; non enim omnes „magistratus“ erant „in imperiis“ (sc. militaribus). Sch. coll. 6, 2 audacter delevit *tamen*, quod unde ortum est? Ego ex *TAMEn* feci *ETiAM*, quo apte sive *v. t. s. in i.* ad *v. mag.* adiungitur sive ad gravius quiddam escenditur (*etiam*, jogar). De mendo iam saepius dixi. — **3.** Vulgo: „Velim scire, *quid* adventus Octavii, num qui concursus ad eum“. Man. audit ille quidem *pariat* (afferat), sed quum obscurissima, tum inaudita ellipsi. Ego: *qui*, ɔ: *qualis* (sc. *sit*): se ipse interpretans Cicero addit „num qui c. ad eum“, cf. 13, 2. *QuiD* pro *qui* sexcenties scriptum est, h. quidem loco ante *aD*; cf. ann. ad XV, 9, 2.

Ep. 6. 1. Vulgo: *Exspecto quid de Mario*; sed sic Cicero, puto, saltem *aliquid* scripsisset. Ego: *E.*, *quid de M.* (sc. *afferatur*

vel *factum sit*): sic recte sequitur: „q. q. *ego* s. *rebar* a C.“ Cf. 8, 2 *Quid . . Sextus agat*, *v. exspecto*, alia multa.

Ep. 7. 2. Vulgo: *haec et cetera.* Ego: *hoc et c.* *Hoc* ɔ: unum illud, ut „Ciceronem (filium) quam honestissime c. tueamur“ (supra: *ne quid ei desit*).

Ep. 11. 1. Vulgo: „*equidem et* maiora exspecto: quum *equidem* c. lego . ., ferre non queo“. Ego alterum *equidem* uncis inclusi, ut quod et abundet et ex proximo repeti facile potuerit.

Ep. 12. 1. B. ex MRJβh, acl: *Verum illuc refero*, quasi sit *itero, repeto illud, quod dixi* aut Cicero, quod sequitur, „tam clarum . . parte“, iam ante scripserit: Or. confert Acad. II, 109, sed *refers* ibi est *respondes*, *obiicis* (Freund. lex. II, B, 3, b). Ego: *V. i. mE rEfero*, ɔ: V. redeo ad illam rem, de qua iam (10, 3, 11, 2) scripsi; cf. Off. II, 77, *ut eo, unde egressa est, referat se oratio*, Freund. I, A, b et II, A (Fam. I, 9, 23 excidit *me* inter *diiungo fere* et *referoque*). Lamb. iam coniecit *VeruM Me i. r.*, sed maluit, ut Corr. et Man., *V. i. r.* sic explicare: „V. *haec*, *quae dixi*, ad causam B. refero“! Quod ante B. ex Bosii conj. vulgo legebatur, *referor* (= me refero), Ciceronis quidem certe non est. — **3.** B: *ut te delectem* (sic iam Lamb.) *meis* (*meis* ex Man. conj.) *litteris.* Ego ex mea conj.: *ut delectem te m. l.* Excidit in MRJqψ *te* post *tē* (RJψ falsa correctione: *delecteR*) et ex *delectem̄eis* factum est *delectem his*, ɔ: *d. eis.* Klotzius retinuit *his*; sed, quum sq. *tuas* postulat *meis*, tum *litteris* non est de *una* hac ep. scriptum, sed est = *epistolIS*; ad *scribo* enim audiendum est non *hodie*, sed *fere quotidie*.

Ep. 13. A. 3. Vulgo: „Patere, o., te pro re p. videri gessisse simultatem cum patre eius. *Non* (B.: *e.: non*) *contempseris hanc familiam. Hon.* (B: *f.: h.*) enim“. Quid *non cont.* est? Vetantis si esset, dicendum certe fuit *ne*; futuro ex. ind. ita positum, ut fere sit = *non contemnes* (ut 16, 1 *renavigaro*, III, 19, 1 *abiecero*, V, 1, 3 *accivero*, cf. Madv. § 340, n., 4) esse non potest *cont.*, cuius verbi notio eam formam non admittit: ne potentialis quidem conj. (Madv. § 350, b) in hunc locum quadrat, et tamen secundae personae inusitatus, puto, est. Ego inter *eius*, *nOn* et *cOnt.* addidi *quO*: scilicet *pro re p.* (= rei p. *causa* vel *nomine*) contrarium habet *quo* (= *quod*) *c.*; vid. sqq.: „hon. . . *rei p. nomine s.* quam *contumaciae* (ɔ: superbae *contemptionis*) et cf. B, 3.

Ep. 14. 2. Vulgo: *Nam Liberalibus.* Ego: *Iam L.* Cicero non omittit *Lib. venire?*, sed progreditur ad alterum indicium „tyrannidis tyranno sublato manentis“: unum est „quae ille . . quis non“.

Ep. 16. 1. Vulgo mire: *Perpaucis diebus* (ɔ: Intra p. dies) *in Pompeianum* (sc. *proficiscar*); Cicero enim iam eo die, quo haec scripsit, V. Non. Maias, ex hortis Cluvianis in agro Puteolano sitis navigabat in Pompeianum, ut inde in Puteolanum renavigaret, cf. 15, 3. Ego: *Perpaucos dies* (ɔ: a V. Nonas ad VI Id., vid. 17, 1, 18, 4, 20, 1) *in Pompeiano* (sc. *manebo*). In antiquissimo aliquo codice fuit fortasse compendium illud *D* (de quo vid. Em. p. 110, ann. ad IX, 8, 1, Q. F. II, 3, 2,

Att. VI, 1, 22, ubi ego et B. cum L. (ex Z) et ex Wurzeb. addidimus *dies* post *Litt. datarum*) quod librarius archetypi falso interpretatus scripsit *perpaucis diebus*; potest autem hoc etiam ex *p. dies* esse factum confusis *S* et *B.* (*bus*), cf. ann. ad XIII, 22, 4, al.

Ep. 17. A. 3. Vulgo: *gesta.; tuM Nihil.* Ego: *g. tuA*: *N.*, cf. ann. ad Fam. IX, 14.

Ep. 20. 2. B. ex mea conj. (Em. p. 48): „inde ante discessit, quam illum venisse *audissem*, in Samnium; *a quo vide* (vulgo: *a.; a quo in S. Vide*) quid speres". Nunc ego etiam pro soloeco *audISSEM* scripsi *audiVI*; coniunctivo saltem scribendum fuit *audiREM* (ɔ: audire potui), id autem minime h. l. aptum esset; cf. XV, 1, 2 de eadem re: „venit (Antonius) e. Misenum . . .; *inde ante profectus est, quam ego eum venisse COGNOVI*". Scilicet post *venISSE* ex *audiVI* facillime factum est *audISSĒ*. Cf. ann. ad X, 17, 1. — **4.** Vulgo: *Quaeris, ut suscipiam cogitationem*, quasi *quaeRo*, sicut *quaeSo*, unquam sit = *rogo*, *peto* (*quaeSIS* sic dictum nusquam invenitur) aut *ut* h. l. possit esse = *qui*, *quomodo*, ut *Quaeris* sit = *Cogitas*, *Consideras* (Freund. II, A). Ego ex Madv. conj. (Adv.): *Quod vis, ut s. c.* Scilicet confusis compendiis *quod* et *que* vel *quo* vocularum ex *queVIs* (*quoVIs*) aberrando ad *quaeRI* (*queRI*) factum est *quaeRIs*, quod ex *QVod (me) hortaRIS* (ut Lamb. conj. et est § 3) nasci difficilius potuit.

Ep. 21. Vulgo ex Vict. conj.: *ut rata omnes haberent*, quod refellere vix necesse est. Ego cum Madv. (Adv.) ex Lamb. conj.: *ut arma o. h.* Duo Antonius veteranos rogabat: 1) „ut acta . . iurarent", 2) ut *arma* omnes h. eaque (ɔ: armaque) duumviri coloniarum, in quibus veterani illi erant) o. m. inspicerent (paratane satis ad bellum essent). Ex *utarma* in M1, J (ɔ: in archetypo) factum est *utram*, unde vc *ut tam*, M2 *ut iam*, Rac *utrum*.

Liber XV.

Ep. 1. a. 5. Vulgo: *De regina rumor exstingvetur.* Ego *exstingvitur* (ſtirbt hin). Exstingvebatur iam tum rumor, qui fuerat, non futurum erat, ut, qui erat, exstingveretur, id quod Cicero qui praediceret?

Ep. 1. b. 1. B. ex prava Iunii conj.: *quin etiam paulum* (cd. arch. *paulo*) *Cumis eam vidi.* Cicero dicit interdum (Rosc. Com. 28 *p. commorari*, Or. I, 265 *p. requiescit*) ille quidem *paullum* pro *paullisper*; sed primum in *vidi* (= offendi, traf) ea notio minime quadrat, deinde, quamdiu cum ea fuisset, quid attinebat scribere? denique non *paullisper* Cicero cum ea Cumis fuit, sed *quamdiu* funeri operam dabat. Vidit Lamb. excidisse *Post*, quod is post *paullo* addidit, ego ante *Paullo*: scilicet ex Cumano Cumas iter *brevissimum* erat. — **2.** Vulgo: *possit, sed ego*: debebat saltem esse *ego autem* vel *ego vero*. Ego *set* uncis inclusi, ut ex *posSiT* repetitum: sic rite per asyndeton „*ego* secutus (sic, ut ego olim conieceram, B. ex „Pii codd."; ex *sec*(ut)*us* ante *aLiud*

factum est *soLus*, cf. IX, 10, 2, ubi M1 *secus* pro *secutus*, Fam. IX, 5, 1, ubi M *locuti* pro *secuti*) *aliud* (cf. Fam. XV, 21, 5) sum" contra „*Brutus* . . possit" ponitur.

Ep. 2. 1. B ex MJ: *devertissemque † acutius, in Vesciano accepi . . litteras*, recte, quatenus sprevit *a Cumis* (sic R, vulgo), quod quam falsum esset, Gron. satis exposuit. Klotzius probabiliter scripsit *ad Aciliū* (M. illum, ad quem scriptae sunt epp. XIII, 30—39?): hoc quidem certum est, latere nomen familiaris eius. ad quem Cicero deverterat; cf. Fam. XIII, 50, ubi M *Aucto*, index M *Aucio*, ego ex Lallem. conj. *Acilio*, coll. F. VII, 30, 3, ubi Cicero de illa ipsa ep. scribit: *Acilius . . . de te d. scripsi eamque epistolam cum hac ep. coniunxi* (*Acilio*, *Alicio*, *Aucio*, *Aucto*). Ego: *d. † acutius in VescinVM, acc. . . l.* Necessario loci nomen, quo deverterat, cum ipso *dev.* iungendum et in *accepi* audiendum *ibi*, non contra. Scribendum esse *Vescin.* (ex vc; c, ɔ: C. *Vestino*), non, ut vulgo, ex MRJ *Vescian.*, idem Gron. demonstravit.

Ep. 2. 2. B: „de B. n. per senatum speres confici posse, † quod puto, *tantum* enim video: *non* videmur esse victuri. Sed, *ut etiam* nos hoc fallat, de B. te non fallet." Ego: „de . . posse, quod p., *quantum* (Gron. conj.) e. v., *nos* (Lamb. conj.) v. e. v., sed, *ut iam* (ex mea eademque Klotzii conj.) nos . . . fallet". Non corruptum esse *quod* (ɔ: „de B. per sen. c. posse") *puto* Or. I recte affirmavit coll. 4, 1 *quod q. ita credo*, simm. Post *tantum* Cicero scripsisset *nos videri e. victuros.* Ex *non* faciendum est *nos* (ɔ: Cicero), vid. de sententia Sch., qui confert XIV, 14, 6; etsi *nos* fortasse est *boni*, tum enim Cicero de bonorum victoria nondum desperaverat, cf. 1, 3. De *Sed . . fallet* vid. eundem Sch., etsi *hoc* etiam de bonorum victoria intelligi potest. Ex *ut iam*, de quo cf. VIII, 3, 5, Madv. ad Fin. IV, 66, in archetypo facillime factum est *etiam*; potuit tamen Cicero etiam sic, ut est 5, 2, scribere: *etiam ut* (Caesar, Livius, Curtius *iam ut*, cf. *vix ut*, alia): *ut etiam* sic positum non invenio. — **4.** B: *T. causa, de qua † causa* (sic vc, Mac, unde RJβh *tā*) *laborat, q. s., i.; hos tamen. Πεντ.* Sine dubio ex *PanSA* (sic „cd. Urs", L. mg. 1584) aberrando ad *cauSA* factum est *CAVsa*. Inter *TAMEN* et *ΠΕΝτ.* ego posui *: excidit *defENdAM* simileve aliquid, quod audire non licet.

Ep. 4. 1. Vulgo cum Bosio: *quae non ames.* Ego ex MRJacl, ɔ: ex arch., *† quem n. a.* Excidit *Ab Eo* sive post *fortE* sive inter *AmEs* et *Omnia*: quod multo aptius esse quam illud quis non sentiet? Deinde ego post *fieRI* scripsi *REscripsi* pro *Scripsi*; respondebat enim Cicero Fufii litteris; cf. 14, 1, sexcenta alia. Deinde ego inter *alteRAM X.* et *AD* addidi *DAtAM* (*DAT.* vel *D.*), quod Cicero sic nunquam audiendum relinquit. — Tum B: *Ad recentiorem prius et pleniorem* (sic Or. conj.; MRac, Oxx. *leniorem*). *Laudo. Si vero etiam Carfulenus, ἀ. π.* Sic falso audiretur *recent. epistolam.* Ego ex Or. conj.: *pl. * laudo; si.* Excidisse scilicet post *plenioreM* nomen Caesariani alicuius, qui ab Antonio descivisset, apparet ex sq. „si vero *etiam Carf.*" (ab eo descivit). — **2.** B. ex M. Bruti conj. post *a Bruto*

addidit *rogari*, ego *rogaTū*, sequitur enim „ut c. *fieret* . . *essem*", etsi cf. ann. ad XIII, 49, 2. Deesse quidem sententiae suum verbum (*rog.*) non potuit.

Ep. 5. 1. Vulgo ex MRJ: „*et* ab eo *et* Cassio". Ego iam ex mea conj. scripseram *et A CAssio*, quum in A (cd. Anton.) sic esse vidi; cf. ann. ad F. XIII, 6, 3.

Ep. 6. 1. Vulgo ex M2, RJ: „ut Hirtium, *quEM* adhuc bonuM *fuisse sciebaNT* neque enim *confidabaNT* fore, mea auctoritate meliorem *facerem* — Ant . . . amic. —, tamen ad eum scripsi". Ego iam olim haesi in *tamen* et — sed dubitanter — conieci *tum*. Nunc cum Madvigio (Adv.) ex M1 scripsi: „ut H., *quI a. bonuS fuisseT*, *** *sciebaM* n. e. *confidebaM* fore m. a. meliorem — Ant . . am. —, *tamen* . . scr." Egregie Madv. suspicatur excidisse fere haec: „confirmarem et excitarem, etsi alieno a causa (sc. bonorum) animo fuisse"; post *fuisset* enim, non mirum, si librarius archetypi omisit, „conf . . *fuisse*". Sic et „*tamen* . . commendavi" habet, quod ex contrario respondeat, *etsi* . . mel." et recte se habent indicativi illi *scieb.* et *conf.*, ut in ipsius Ciceronis sententia positi (in vulgata scriptura debebat esse *scirent* et *confiderent*, ut in obliqua Hirtii et Cassii oratione („ut . . facerem"). Coniectura, non ex meliore aliquo cod., in M2 scriptum ita esse, ut dixi, facile intelligitur. — **2.** Vulgo: *Rure iam redierim, quaeris.* Ego: *RurE nE* (cf. ann. ad VI, 2, 8): etsi fortasse Cicero potuit scribere, ut voluit Mal.: *Rure* . ., *q.*, *an* . . *faciam. Etiam.* Ceterum vide, ne in vulgata distinctione scribendum sit *et iam*, ut ad *Rure* (in urbem) *redii*, quod in *An* . . *faciam?* latet, per *et* adiungatur *iam ex u. prof. sum.*

Ep. 8. 2. Vulgo soloece: „velim possis coram; si minus *poSSIS*, litteris idem consequEmur (sic recte vulgo ex R; MJ *consequImur*). Scribendum certe Ciceroni fuit *s. m. poTERIS*, et post *poSSIS* facili errore potuit a librario scribi *poSSIS*, quod ita demum rectum esset, si sequeretur, ut Asc. correxit, *consequAmur*, coniunctivus autem ab hoc loco longe abhorret. Ego delevi *possis*, ut ex propinquo repetitum: ex *v. possis* et facillime et rite auditur *poteris.* — Deinde B. ex Pii conj.: *id q. mihi Non videbatur* (om. *non* arch. cd.; peius etiam Or. II addidit *haud*). Ego: *id q. m. ** v.*; excidit *VIx fore* ante *VId.* vel *f. vIx* post *mIhI.* Klotzius ante *vid.* addidit *vix*, *fore*, quod necessarium est (*id* enim relatum est non ad „*h. comparari*, *q.* in T. mitt.", sed ad hoc solum: *in T. m.*) non item: in ep. 22 quoque fortasse excidit *fore* post *puto* vel ante. Deinceps B. ex MR: *sed cavendum tamen † ut ille quo plures videndae.* Ego: „sed c. t. *uillaeque* (sic Bos. conj. quum rectissima, tum facillima; ZJ, a2, c ɔ: C, qψ *ut illae quae*) *p.* (sc. aliae praeter Tusculanam) *visendae*" (sc. ne ab armatis illis hominibus in Tusculana opprimar, cf. 16, 13); nam de villis obeundis inspiciendisque dicitur *visere* vel *invisere* (besuchen), non *videre*, quod Graevius male h. l. intellexit de v. providendis, quaerendis, parandis, iam enim Cicero eas possidebat. Nescio tamen an quum aeque fere leniter, tum verius Klotzius correxerit *vigiliaeque p.* (quam

iam nunc sunt) *vid.* (parandae, quae vim a Tuculano arceant): VI, ut saepissime, cum *VT* confuso ex *giliae* facillime potuit fieri *illae.* — Paullo post in † *dare* sine dubio latet *AD(fe)REt* vel *De eA* RE (sic Bos. conj.) *adfeREt*; audire enim *adf.* vix licet.

Ep. 9. 2. Vulgo omnes: *quid a. iste* . . *casus armorum?* quid tandem audientes? *significat* aut *sibi vult* audire non licet, *est* licet, sic autem scribendum est, ut ego feci, *qui* (was ist dieß für ein —?); de mendo cf. ann. ad XIV, 5, 3; h. quidem l. paulo ante praecedit „*Quid* f.?".

Ep. 10. Vulgo: *sed possim* (*possum* RJac) *id negligere proficiens.* Ego: *possem*, ut *prof.* sit = *si proficerem*, non = *si proficiam*; scilicet non proficiebat Cicero suis consiliis, quoniam Brutus „matris consilio utebatur"; sequitur „*frustra* vero qui ingrediar?", ɔ: quoniam vero *fr.* Bruto consilia dantur, ad suadendum ingredi non possum.

Ep. 11. 1. Ego post *placeretne* addidi *Placeret*, quod audire qui licet? Deinde vide, ne inter *atque* et *VT* exciderit *ITA* (und zwar so).

Ep. 13. 3. B. ex audacissima Or. conj.: „ad scribendum tibi (ɔ: ad libros scribendos *tibi*que dedicandos, cf. XVI, 3, 1), vere *dicam*. f.": qui enim ex *dicERE* potuit fieri *dicAM*? Ego: *ad s. t. — v. dicere possum — f.*; etsi, ut opinor, sic quoque scripsisse Cicero potest: *ad s. tu — v. d. p. — f.*: ex *tu* facile fieri potuit *tibi*, cuius compendium fuit *t* superscripto *i* (*ti*). Ceterum Cicero scripsit, non, ut vulgo est, *acriorem*, sed, ut L., *alacr.*, cf. de eadem re XVI, 3, 1 et vid. lexx. (Att. II, 7, 1, Phil. IV, 1, Herenn. II, 50, alia multa). — **7.** Vulgo: *etsi quid ad me?* Ego: *e. q. id ad me*; cf. ann. ad F. IX, 26, 3.

Ep. 14. 2. Post *omnibus enim* aut post *officiis* excidit *tuis*; alioqui enim audiretur, non *tuis*, sed *omnium omnino*, quod falsum esset.

Ep. 15. 2. B. ex mea conj. (Em. p. 10): *scit sponsor.* Ego ex MR: † *sit s.* (vulgo ex J *scit. Sp.*), cui nunc magis placeat *testis sit* (vel *t. est*) *sp.*: excidit *tESTIs* facile inter *facerE* et *SIT* (vel *EST*); cf. de eadem re 17, 2, ubi ego (Em. p. 10) et B. cum Lamb. *testem* (*teste* vc, MJ, q; vulgo ex R *certe*) *tibi e. pr.* — **3.** Vulgo: *sed haec T.* Ego, ut de uno negotio (de „Erotis dispensatione"), *s. hoc T.*

Ep. 18. 2. B.: *cuius etiam ludorum [suorum] curam [etiam administrationem].* Or. ex MRJac, Oxx.: *c. e. l. s. c.*, *e. a.* Ego: *c. e. l. † s. c. et adm.* Corruptum quidem esse *suorum* iam Man. vidit; nam Orellii defensionem ridere licet; sed B. parum recte ex Man. conj. uncis inclusit (delevit Lamb.), unde enim ortum est? an ex *lVdORVM*? non mehercule credo. Cicero sine dubio scripsit aut, ut „alii" in marg. L. 1584, *scenicorum* (*scorum* omisso *Ceni* ante C) aut *Graecorum* (cf. de iisdem Bruti ludis XVI, 5, 1 et Phil. I, 36). Deinde B. male fecit, quod item *et. adm.* deleri voluit, quasi librarius quisquam ad *curam* ascripturus fuerit *adm.* Ego: *c. et adm.*: ex praec. *etiam* repetitum est *iam*; de coniunctis synonymis *curam* (ɔ: curationem) et

adm. cf N. D. I, 2 „omni *curatione et adm.* rerum“, al. Olim conieceram *c. [etiam] l. non solum curam, sed etiam adm.* quum audacius ex *suorum* facto *non solum*, tum minus recte *cur.* et *adm.* quasi diversis inter se quibusdam notionibus positis: praeter alia quaedam Bruti negotia Atticus *etiam* ludos eius curabat.

Ep. 19. 1. Vulgo: „Quidnam est, quod *audendum* (sic M, unde RJac *audiendum*) a. de B.? *stetisse* enim te frustra scribis“. Vulgo interpretes ad *stetisse* de suo assumunt *exspectantem, quid de B. decerneretur* vel *e., dum aliquid impetraretur:* miram breviloquentiam! Mirum etiam illud *audendum*; quid enim audaciae ad illam, de B. actionem opus Attico fuit? Ego: *agendum* (sic Sch.) de *Buthrotiis* (M *ButhroTIS*) *SIT? egisse.* Ex *tissitegisse* factum est *tisstetisse* facillime. Cf. de eadem re 20, 3 „videamus, quae *agenda* sint“. In pendenti interrogatione *sit* audire h. quidem loco non licet. De mendo cf. 21, 3, ubi MJ *aVDiunt* pro *aiunt*, XVI, 3, 1, ubi MJ contra *ages* pro *auges*, al. — Infra B. ex MRJacl, Oxx.: „fugiamus igitur, *et*, ut ais, coram (sc. de ea re loquemur). Ego: *set:* necessaria est particula illa, qua incepta oratio abrumpitur, copulatio minime apta. Vulgo ante B. ex Bosii conj. male *at.*

Ep. 20. 1. Vulgo: „Dolabellae mandata sint quaelibet, *mihi* aliquid (sc. *mandet*), vel quod N. nuntiem“. Audire *modo* ante *mihi* non licet: librarius aut ante *Mihi* omisit *Modo* aut, ut Man. voluit, ex *m̊* (ɔ: *modo*) fecit *mi* (*mihi*). Ego: † *mihi a.*

Ep. 20. 3. Vulgo ex Vict. conj.: *Pompeium Cartheiae receptum.* Dicitur ablativo instrumentali (Madv. § 255, a) *tecto, portu, oppido, urbibus suis rec.; in aliquo loco* dictumne ab ullo sit, equidem dubito, nam Liv. XXIV, 32, 6 codicibus *in* omittentibus nunc legitur *toto* (sic Fabri et Madv. pro *tuto*) *Hexapylo*, Ovid. Her. 6, 20 ed. Weberi non, ut Freund. laudat, *recepta* habet, sed *futura*, Met. II, 529 licet scribere *in coelū*, scriptorem Belli Afr. (4) non moror (etsi vel is sine dubio *in equOs* scripsit), apud Plautum (Stich. V, 4, 3) num ex bonis codd. sit *hOc rec. in loco*, nescio, coniicere *hūc . . locū* equidem non vereor: tantum mihi persuasum est, Ciceronem *Carteiae* (ɔ: *in* oppido Carteia) non dixisse. Ego ex *Cartheia* (sic vc; MRJac *Carthela*) feci *Carteiā* (cf. Liv. XLV, 11, 7 *Alexandriam* et 3, ubi ego ex *Alexandria*, ut est in cd. Vindob., feci *Alexandriā*, Caes. B. C. II, 20 *domum*, sicut *in tectum, aedes, civitatem*, al.); nam „rec. *Carteia, Gadibus, Tarento*“ aliove nomine proprio dici non potuit. Cf. ann. ad F. X, 11, 2. — Deinde vulgo ex R: *sed iuva me c.* Ego ex *tua* (sic M; J *utar*) malui facere *tu iuva*: post *tV* excidit *iuV*; solet Cicero in transitu a se ad Atticum per *sed* faciendo sic, ut debuit, *tu* addere. — **4.** Vulgo: *ex hoc ipso.* Ego ex mea eademque Orellii conj. delevi *hoc*, ut ex „*Hoc* video“ repetitum: *ex ipso* ɔ: ex Erote (vid. Man., non, ut voluit Or., ex Tirone, cuius tantum quasi in parenthesi mentio fit), ut supra est „etsi *ipsum* n. vidi“; vid. de *ipso* Madv. § 487, a. — Infra vulgo: *laxius.* Ego: † *laxius*; *laxius* (ɔ: solutius) enim ita demum

aptum esset, si audiretur *eum teneri* simileve aliquid aut *eum vivere* (ut est Liv. XXVIII, 24, 5, ubi contrarium est *artiores res*), sed h. l. non de solutiore vita agitur, sed quantum pecuniae filio suppeditandum sit. Madv. (Adv.) coniecit *lautius* (sc. eum vivere?); ego cum „aliis“ in marg. L. 1584: *largius* (sc. ei suppeditari), cui opponitur *ei pr. nihil deerit*; vid. lexx. de *large dando, donando, promittendo*, al. et cf. de eadem re XIV, 11, 2 „curae tibi est, ut *ei suppeditetur . . copiose* (= *largiter*, vid. N. D. II, 121 *large et copiose*). Sed potuit Cicero etiam scribere *prolixius* (sic Lamb.), ut post *volO* omisso *prO* librarius corrigendo scripserit *lAxius.*

Ep. 23. Vulgo ex Man. conj.: *si rescripserit.* Ego ex *si TVEre scr.* (sic M, unde J *sic vere scr.*, Rac *vero si scr.*) feci *si MI rescr.*; unde enim, illud *tue*?

Ep. 26. 4. Ego, ut vulgo: *liberabis: is me . . . nolle*, nisi quod ego cum Iac. Gronovio scripsi *iam* pro *iam iam.* Sententiam loci I. Fr. Gron. et Sch. viderunt: scilicet ad *is* (quod Lamb. post *liberabIS* addidit) audiendum est *queritur*, ad „specus . . subt.“ *facere coepisse*; „id me . . tanti“ pendet ex eo, quod in *cura liber.* inest, *dicens* (*tu dices*). Ex *apuD talE quid* (sic ZCMR) Iac. Gron. lenissima correctione fecit *putaT alIquid*, scribebatur enim antiquitus *apuT.* Durius tamen interiecto illo „ii . . habituros“ sequitur „id . . tanti“ ex *cura lib.* suspensum: exspectares *hab.: diceS* vel *tu diceS* (quod tamen post *habituroS* excidere facile potuit); quare vide, ne Madv. (Adv.) rectius velit: *liberabis* (sc. *dicens*, quod iam Corr. ibi audiebat): *me . . subt., serv. putaSSE aliquid h.; id me iam NON nolle*, ut sit Aelius, non ipse Cicero, qui specus illos facere coeperat; etsi ex *putaSSE aliq.* fieri *apuD Tale q.* facile non potuit. *Iamiam* (de quo cf. Madv. ad Liv. XLII, 11, 5, ubi ego: *traditum † iamiam primum*, haud dubitans, quin Livius scripserit, ut fere Vahlen. coniecit, *tr. annum iam septimum*) Ciceronis omnino non est: is (XVI, 9, al.) dicit *iam iamque*, sed, ut alii *iamiam*, de futuro proxime tempore (sogleich), h. autem l. *nolle* est de praesenti, sicut Sall. Iug. 14, 22, ubi ego: *Iam, iam* (vulgo *Iamiam*), nisi ex Fabr. 1 et sine dubio aliis cdd. alterum *iam* delendum est, ut male repetitum; de pravis Medicei (archetypi) iterationibus alibi dixi. — Infra vulgo: † *Cui Caerellia uideris m. dare . . max.: id.* Ego: *Quod* (sic iam Corr. voluit) *a C. iuberis* (ausforderst) *m. d. . . m., id* (ɔ: „summam sub praecone maximam“). Confusa facillime sunt *QuoD* et *QuoI, iub.* et *uid.*, cf. XIII, 22, 3, ubi ego, ut iam Oxon. q.: *videtur* (M *vibetur*, Rψ *iubetur*, vulgo male ex J *videbitur*, *scripta n. dari* enim non est de iis tantum libris, quos tum *editurus* Cicero erat, sed de universis, quos quoque tempore edebat, cf. 21, 4 et 5.

Ep. 27. 1. Vulgo soloece: „illum exspectare, *quum* de C. rediret“. Dicendum saltem fuit: „i. e. *illud tempus, quum . . r.*“ Ego: *dum.* Cicero Puteolos profectus erat non exspectato Sestii de C. Romam reditu: id „querebatur Sestius iniuste“, sed humane faciebat, „quod Ciceronem Puteolos persecuturus erat“ (scripsi enim ex vc. *PERsequitur*

(folgt nach), cf. Fam. IX, 3, 2 et 5, 3, al.): *PROs.* semper est = *comitari.*

Ep. 28. Vulgo ex Man. conj.: „me *minime totum* amorem *eo*, (ɔ: in Puteolanum) mecum abstulisse". Man. et Sch. audiunt „sed magnam eius partem ei (Atticae) reliquisse", in quo Man. ait inesse: „absentem me eam aeque amare, ac si una essemus", ad quod significandum quis non videt dicendum saltem fuisse *me totum . . abst.*, non „me *minime* t . . a."? Ego: „me *IMMVTATVM* (M *MINVo TVTAM*, β *MINVo TVTVM*, unde R *MEMMIo TVTAM*, Jacl ex conj. *minime totum*) amorem (Jaclβ; *amore* MR) *MEVM* (*MEO* MR; *EO* β; *ab ea* Jac ex conj.) mecum abst." *Immutatum* est = *non mut.*, ut est Fam. V, 4, 1 (*animum tuum immutatum* significabant"), Iuv. II, 162, Ter. Andr. I, 5, 7 *me immutatum videt*; cf. *immutabilis* = *non mut.* In arch., ex *inmu* facto *minu*, additum est *o* et ex *tatum*, quod nihil erat, factum *tutam* et ex *amoreM*, ante *Meum* omisso *M*, atque ex *meuM*, ante *Mecum* omisso *M*, factum *amore meO.* Necessario ad *amorem* Ciceronem addidisse *meum* facile apparet.

Ep. 29. 3. Vulgo: *hoc scribebam.* Ego: *haec*, ut de tota ea epistola.

Liber XVI.

Ep. 1. 4. Ego, ut B.: *† ad arma.* Man. audiebat *rem esse venturam*, ellipsi quum inaudita, tum falsa. Ante B. vulgo ex Bosii conj.: *haud a.*, quum parum Latine, tum falso audito „eum esse *sumpturum*", iamdiu enim in armis erat. Ego conieceram, ut Klotzius scripsit, *abiicere* (sc. *eum*) *a.* vel *abiecisse a.*; cf. de eadem re XV, 29, 1 *Sextum scutum abicere* (sc. ut fama est) *nolebam*; XV, 22 etiam tum „*nullus* ab armis discedebat". Omisso *icere* vel *iecisse* necessario pro *ab* scriptum est *ad.*

Ep. 3. 1. Vulgo: *te . . delectari* „*o Tite, si quid*". Dici potest „*O T., s. q.*" pro „*CatO Maior*" et pro „CatoNEM MaiorEM", ut sit subiectum vel obiectum verbi alicuius (cf. 11, 3, ubi tamen vereor ne ex Z et ex c ɔ: C scribendum sit „*Librum meum illum*" o Tite" tibi prodesse", quum praesertim in MRJ post *diLIgentiaM* excidere *LIbrum m. illuM* facillime potuerit): pro „*CatoNE MaiorE*" aut pro „*CatoNIS M.*" aut pro „*CatoNI M.*" dici non potest. Ego ex mea eademque B. conj.: *delectarE.*

Ep. 6. 2. Vulgo: *ipse. Haec hactenus.* Ego post *iPSE* addidi *SED*, ut ea abrumpendae orationis formula semper, opinor, dicitur: VI, 2, 1, ubi vulgo: *De isto hactenus. Dixerim me*, ego cum Kaysero sic distinxi: *De i. h. d., me*, pergit enim Cicero de fratre scribere, non desinit.

Ep. 7. 4. B. ex R: *si a Phaedro n. esset.* Ego ex MJq: *si a P. n. † esse.* Atticus scripsit aut *si a P. n. factum* (§ 3 et infra *meum factum*) *esset* (id, quod tu fecisti) aut certe, ut vulgo ex a, *si a P. n.* (sc. *factum e.*), ut aberratum sit ad sq. *esset* aut superius

esse, nam *ab aliquo aliquid esse* in eam sententiam vix dicitur. — **5.** Vulgo „*citra* Veliam *milia* p. III". Ego: *milibus*, vid. Madv. § 270 et Emend. meas Livianas. Nota numeri (M.), ut fit, male intellecta est.

Ep. 8. 2. Vulgo: „N. t. consilium exquiro, Romamne *veniO*, an hic *maneO*, an Arpinum — ἀ. h. is l. — fugiam?" Ego (Em. p. 81) coll. 10, 2 et 13, b, 1, sic distinxi et scripsi: „N. . exq., R. *veniAM*, . . *maneAM* an . . fugiam". Ante *an* quid mirum si ex *am* factum est *o*? De mendo (*ā* et *o* confusis) saepius dixi.

Ep. 10. 1. Vulgo: *VertI igitur me a Minturnis Arpinum versus.* Cicero ex Puteolano suo *recta via Appia* Romam ire statuerat, quum vero in Sinuessanum (ex quo haec ep. data est) venisset, consilium mutavit, ut Antonium evitaret: *constituit* a Minturnis (ɔ: *quum* Minturnas *venisset*) relicta Appia Arpinum versus iter flectere: a Minturnis, quo nondum venerat (cf. 13, a, 1), vertiSSE se *iam* Arp. v, quî scribere potuit? Ego: *VertAM*: ante *i* ex *ā* factum est *i.* — Deinde vulgo praeter constantem, puto, Ciceronis usum (cf. 13, c, 2, XV, 26, 5, al., ann. ad F. XI, 11, 2): *mane in Sinuessano.* Ego: *manE E S.* sc. *data.* Semel tantum scripto *e* additum esse *in*, praesertim post „in Sinuessanum", non mirum.

Ep. 11. 4. Vulgo: *Haec ad posteriorem*, quasi vero Cicero unquam sic scribat in transeundo ab alterius epistolae responsione ad alterius. Ego: *H. *** ad p.* Excidit (ante *ad*) „*ad* superiorem (priorem); nunc. *Haec* sc. *rescripsi*; *nunc* sc. *rescribo* (cf. XIII, 23, 1, XIV, 11, 1). Cf. XIV, 20, 2 „*Persolvi* primae epistolae: *venio* ad secundam". Potuit Cicero scribere „*Venio* ad post." (cf. XIV, 20, 4 et 19, 5; XV, 4, 3 et 3, 2. Potuit etiam scribere: „*Habes* ad sup.: nunc *audi* ad post.", ut XV, 17, 2, cf. ann. ad Q. F. III, 1, 11. — **6.** Vulgo: *primo tempestatibus, q. n. t.; deinde.* Ego: *primū*; simpliciter enim causae enumerantur, cur Cicero se in P. non abdiderit, 1) temp., quibus *toto* illo tempore, non *primo* (ɔ: *initio*) tantum, nihil tetrius esset, 2) quod O. se *quotidie* rogaret, ut . . Romam statim veniret. — Infra, ubi vulgo est *Ob hoc*, ego: *Ob haec*, ɔ: Ob *omnia* ea, quae § 6 Cicero scripserat. Aberratum est ad proximum illud „*hoc* tu p.".

Ep. 15. 1. B: *quidem me mea causa* (sic vulgo ex R; M1J *q. me c.*, M2 *q. mea c.*) *facere et rei p.* (sic MR; vulgo ex ac *f. et r. p. causa*). Ego: *q. me et mea c. f. et r. p.* Necessarium est *et . . et* (quum . ., tum, non solum . ., sed etiam), quoniam in *rei p.* maior quaedam vis est quam in *mea*, sua enim causa se Dolabellam odisse Cicero iam dixerat: „Ego . . abalienatum". In M1, J excidit post *ME* non *MEa*, sed *et MEa.* — **3.** Pro *ἐν πολιτικῷ genere* ego scripsi *in π. g.*; vix enim Ciceroni licuit dicere *ἐν generE.* Librarius ob *πολ.* e Latino *IN* fecit Graecum *EN.* Graeco dativo (*πολ.*) Cicero, ut alibi, sic h. l. pro ablativo Latino usus est. — Deinde B ex Sch. conj.: *q. enim [postea] in praesentia b. i. p. retundit A.* Equidem non negaverim *PoSTeA* nasci ex sq. *PraeSenTiA* (p̄sētia) potuisse, sed verisimilius multo est, ut Gron. coniecit, confuso (ut XI, 14, 3, ubi Z recte ***potest***, M ***post***, XVI, 16, 6, ubi M *pot* cum arcu pro ***post***, alibi) ***potest***

(*pot̄*) cum *post* ex *ET* factum esse *EA*; sed, quoniam *posse* per se ipsum non est = *multum* (*aliquid*) *p.* (vid. ann. ad F. IV, 13, 5, ubi sine dubio ante *Possit* excidit *Plus iam*), ego scripsi: *q. eniM multuM potest et in pr. . . Ant.*; cf. de eadem re 14, 1, „*tibi* assentior, si *multum possit* Octavianus, multo . . fore". — Infra vulgo ex R: *posse*, *ni mihi* (MJ *posse m.*). Ego: *posSE*, *niSI m.* — **5.** B. ex sua conj.: „non *modico*, sed iniquissimo fenore versuram facere A. coactus est". Ego ex mea eademque Pii conj.: „non *modo* (sic cd. arch.) *v. f.*, *sed i. f.* (sc. *v. f.*) A. c. est". De sententia vid. Popmam, qui tamen mire putabat licere ad *non modo* ex sq. „sed i. f. *vers. facere*" audire *v. f.* De archetypi transpositionibus cf. 16, 1, al. et Em. p. 36 sqq.

Ep. 16. 1. B ex M: *SVO SAL. DIC. ATTICO*, ordine verborum in prosa oratione prorsus perverso. Vulgo ante B: *ATTICO S.* Ego: *A. SUO SAL. DIC.*, cf. Fam. XVI, 1, 3, 4, 9, 26 (ubi B praeter constantem consuetudinem ex M *PLUR. SAL.*, vulgo recte *S. P.*), 27, al. — **11.** B.: *decreverunt secundum Buthrotos; ** Plancum dederunt.* Ego ex certissima Man. conj., nisi quod addidi *que: d. s. B. litterasque ad P. d.*, cf. de eadem re § 6: „probaverunt causam s. u. d. *seque ad te (Plancum) litteras daturos* esse dixerunt". — **14.** Vulgo: *CICERO C. CUPIENNIO S.* Ego: *M. C. C. C. S.* Additum *C.* ad *CUP.* postulat etiam ad *CIC.* addi *M.*, cf. XVI, A. tit., sexcenta alia.

Epistolae ad M. Brutum.

Liber I.

Ep. 2. 1. Vulgo: *tu eo q. legiones . . haberes*, quasi vero *eo* unquam sit = *ibi.* Aliud est dici *eo loci*, ɔ: auf diesem — ɔ: d. Puncte — von dem Orte. Madv. 284, n. 11. Ego post *eO* addidi *locO.* — **3.** Vulgo: *magis m. pr. militum severitas quam tua; te.* „Est oxymoron", ait Orellius, (ut *tua* sc. *severitas* sit = *t. lenitas*)! Ego, ut Ern., *t. *; te*, ut post *TuA* exciderit *clemenTiA* (cf. de eadem re § 5 *clementiae tuae* et sqq.) vel, ut Ern. conj., *leniTAs.*

Ep. 3. 4. Vulgo: *paucis diebus magno proelio ante vicisset.* Ego: *p. d. a. m. p. v.*; nec enim *ante* interposito *m. p.* a *p. d.* distrahere scriptori cuiquam, nedum imitatori Ciceronis ab eiusque aetate haud longe remoto, licuit. — Deinde vulgo: „*s.; itaque id* senatus consultum p. interpretantur . . pertinere", in qua scriptura *ITAque* male abundat. In M est *itaque* superscripto *id*, ɔ:, ut ego scripsi: *s.*, *idque s. c. . . p.* De confusis *id* et *ita* saepius dixi. — **5.** Vulgo: *utinam i. possis t. m.!* Ego: *possEs*; nec enim Cicero poterat *absentis* Bruti timorem inspectare.

Ep. 5. 2. Vulgo: *Sed haec.* Ego: *Sed hoc*, ut de uno illo „in D. opprimendo o. e. debebus", sicut supra „Atque *hoc*" de „opprimi Dolabellam."

Ep. 7. 1. Vulgo: *Bibulus . . suscipitur. In P.* Ego ex constanti Ciceronis consuetudine (Madv. § 475, a, Fam. lib. XIII, al.): *B. . . s. Is in P.*

Ep. 8. 2. Vulgo: *diligentIuS. Cretensi.* Ego: *d. IS Cr.*, cf. ad 7, 1.

Ep. 10. 2. Ego inter *MuTInĀ* et *gereb.* addidi *ITA*: non illud quaerebatur, bellumne ad M. gereretur, sed hoc, *quomodo*; „*ita* (ɔ: tam bene) *ger.*, ut . . Hirtio" respondet illis „vehemens et acer" „ut in adv., bona", „victrix". Cf. de omisso *ita* 16, 3 (ubi ego cum L. post *IsTVm* addidi *ITA*, quod tamen facilius potuit excidere post *extulit*), Em. p. 6.

Ep. 11. 1. Vulgo: *et in Caesare et Antonio.* Ego ante *AN* addidi *IN.* Deinde vulgo: *congressus P. Dolabella . . habente.* Ego post *sVs* addidi *cVm*: durissimus enim h. l. est absolutus ille abl. audito *cum eo.* Quod Or. II. ex R scripsit *c. P. D. . . habenti*, ea structura poëtarum et recentiorum scriptorum est. — **2.** B ex MJc, Gruter.; † *Statuit id sibi*, *quoniam.* Ego: *S. id s. ***, *q.*, ut exciderit *NON licere* vel *NON faciendum* ante *qVONiam*; etsi, si in archetypo fuit, ut in Pal. 3, *St. sibi eundum*, *q.* (1 Ox., RI *St. e. s.*, *q.*), potest scriptum fuisse: *St. s. Romam e.*, ut *id* (*it*) in M ex *statuIT* ortum sit.

Ep. 12. 1. Vulgo pessime sic distingvitur: *erat*, *quod*, *quum* (da) . . *tum* (ferner, darauf) . . *misisset*, *repente.* Ego: *e.*, *q. q.* (sowohl) . . *m. Rep.* Adduntur duae causae, cur Lepidi causa durior quam Antonii sit; deinde scriptor ad id, unde oratio digressa erat („id accidit M. L. sc. et amentia"), narrandum redit: „Repente . . gerit". Coniunctivus (obliquus), *misisset*, pendet ex „o. *iudicio* e. durior erat" (= omnesque eam duriorem *iudicabant*).

Ep. 15. 5. Vulgo: *Stoici n. negant fugere sapientis*, ut *sap.* sit genitivus audito durius (cf. 16, 1) *esse.* Ego malui *sapientes.* Scripserat Cicero: „*cedebas* e., Brute, *CEDebas*: addit per parenthesin: (*CEDebas*, inquam, non *FVGIebas*), quoniam *sapientes* (quorum *tu* unus es), ut St. n. aiunt, non *FVGiunt.* In cd. archetypo accusativo fere scribebatur *-is*, non *-es.* — **6.** Vulgo: *Longa sunt*, *quae restant*, *praetereunda*, ɔ: *L. ea*, *q. r.*, *s. p.*, etsi saltem debebat esse: *L. q. r.*, *s. pr.* Ego: post *restanT* addidi *eT* (= *eoque*, sc. quia longa sunt): per asyndeton certe scribendum fuit: *L.*, *pr. s.*, *q. r.* — **8.** Vulgo soloece: *reprehendIt*, sequitur enim non, ut debuit, *est oblitus*, sed *fuerit o.* Ego ex mea eademque Or. conj.: *reprehendEt.*

Ep. 16. 8. B, ut fere vulgo, misere distractis orationis membris: „Vide, quam diligentius h. metuant quam meminerint, quia Antonius *vi-*

vAt atque . . *sit*. De Caesare vero . . potest. Octavius is est, qui . . Romanus? Nos ii sumus, de quorum . . videatur? Ego". Vidit iam Haldricus sic esse distingvendum: „meminerint: *quia . . sit*, *de C. v. . . p.*, *Octavius . . Rom.*, *nos . . videatur. Ego*". „Vide" — unde? Ex toto eo, quod sequitur, „quia . . . videatur". Quia Antonius vivit et in armis est, Caesar vero interfectus est, idcirco Octavius (qui „cum vivo armatoque Antonio bellum gerit") tam potens est, ut populus R. eius de nostra salute iudicium exspectet, nos (qui Caesarem interfecimus remque p. liberavimus) tam humiles, ut Octavius, unus vir, de nostra vita rogandus sit; ex quo *vides*, quam dil. h. Antonii potentiam metuant quam nostri meriti meminerint. Quid clarius? Cf. etiam 7: „si Octavius . . congesserit". De *Vide* et *Vides* saepius dixi. Ego tamen, ut necesse fuit, ex *vivAt* feci *vivIt* et *est* ex *sit* post *s*: librarius ad *metuAnt* et *meminerInt*, ut fit, haec accommodavit.

Ep. 17. 2. Vulgo ex MRJ, Pall.: *dominationem an dominum anAntonium*, foedissimo pleonasmo, quid enim aliud est *dominum* (einen Herrn zu haben) quam *dominationem*? Brutus nescit, dominationemne ipsam, cuiuscunque sit, Ciceronem timere dicat, an unum solum dominum, Antonium (sibi „iratum"); vid. sq. „si quis (ɔ: Cicero), dum ne *irato serviat*, *rem ipsam* (ɔ: servitutem) non deprecatur". Ego delevi alterum *an* sive aberrando ad *an d.* repetitum sive ex *ANt.* geminando natum. Cf. 16, 7 „si *Octavius* tibi placet . . sit, non *dominum* (einen Herrn = *dominationem* ipsam), sed *amiciorem dominum* (sc. quam *Antonius* est) quaesisse videberis". An superscriptum glossema *Antonium* in textum cum *an* receptum est? nam *Ant.* necessarium non est. — Deinde ego ex egregia Orellii (ed. I, V. III, P. 1, p. 463) conj. (in ed. II ab ipso deserta): „deprecatur, immo *triumphuM* (sic meliores illi codd. Lambini et Pal. 2 et sine dubio optimus Pal. 4; B. ex MRJ *d. Immo triumphuS*) et stipendium *decernit et* (sic L., in quorum cdd. sine dubio fuit, ut est in Pal. 4, R, c., *st. decernitur et*; B. ex MJ, 3 Pall., 2 Oxx.: *st.! et*) omnibus decretis *hortatVR*, *NE EIVS* (*hortatur cum* Pal. 4, *hortatur* R, *hortatIONIS* M1 et B cum †, *hortationibus* M2, J) pudeat . . susceperit: consularis *HOC* (sic 1 Reg., Iunt., c.; om. *hoc* MRJ, cdd. Lamb., B; *s. an cons.* cdd. L., R) *aVT* (sic R, 1 Reg.; *ut* MJβ, *an* cdd. L., Iunt., c) Ciceronis est?" De *decernit* cf. § 4 „quid a. ille *decerneret*". Non mirum, si omisso *dec.* scriptum in M est *triumphuS*; de nota *ur* syllabae falso addita detractave vid. Em. p. 82; ex *hortaturNe(e)IVS* omisso *ur* in M facile potuit fieri *hortatIoNIS*; in Pal. 4 omisso *nE* ante *Eius* ex *eius* (*ei'*) factum est *cū*, in Regg. *eū*. — **5.** Vulgo: *quid e. nostra victum esse Antonium.* Ego: *nosTRa * v.*; excidit *refeRT* aut *inteResT*, quod audiri vix potuit. — **6.** Mire vulgo: *quamvis sit vir b.*, *ut scribis*, *Antonius*, quasi toto h. l. de Antonio scribatur ac non de Octavio (§ 5 „privigno" Philippi . . „alieno" . . „alii" . . „regno et imperiis *extraordinariis*" Octavii). Ego: † *Ant.* Potest librarius ob superius *Antonium* scripsisse, ut conj. Tunstallus, *AnToNius* pro *OcTaVius*; vide tamen, ne potius pro *dOMINVS* scriptum fuerit *aNTONIVS*, sequitur enim „sed *domi-*

num ne parentem q. (= *d. vel optimum*) m. n. v. esse". An *Antonius* glossema est, ut ex „*dominatione*" . . „*serviendi*" audiendum sit *dominus*? cf. ann. ad § 2.

Ep. 18. 2. Vulgo: „in quo . . *noluerVnt* et in quo . . *indixERit?*" Ego: *noluerInt*: variandi causa nulla fuit. — **4.** Nunc vulgo ex MR: *videtur enim esse indoles.* Desideratur non tam *in eo*, quam, quoniam *indoles* per se ipsum *bonam* indolem vix significat, adiectivum aliquod, praesertim cui respondeat sq. *flexibilis.* Ego: † *ind.* Excidit sine dubio in M *IN eo bona* ante *INd.* aut inter *ENIM* et *Esse* (J — ex suo cd.? —: *enim in eo e. bona ind.*, Iunt., cl, Gruter. — ex bonis suis cdd.? —: *e. in eo e. inde*). Cf. Att. X, 12, 7, ubi in *indolens* sine dubio latet *indoles excellens*, coll. 10, 6.

Liber II.

Epistolas huius libri ego ex egregia Sigonii transpositione ordinavi, vid. notas ad 2, 3 et 3, 3.

Ep. 3. 3. Vulgo: *Cassius n. Syriam, legiones Syriacas habet:* asyndeton non ferendum. Ego: † *leg.* Fuit aut *S. et l.* (Middleton.) aut *S. legionesque* aut *Syriā ac l.*

Ep. 4. 5. Vulgo: *te ad Tertiam soroREM scripsisse.* Ego: *te ad T. ** s.* Excidit *et ad matREM* aut saltem *et m.*, cf. de eadem re 3, 3 „scripsi ad Tertiam sororem *et matrem*", ubi Vict. non sine causa addidit *ad* (*at*) post *et*, ut de duabus epistolis, una ad sororem, altera ad matrem.

Epistola ad Octavianum.

§ 2. Vulgo: *quamquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia.* Ego ante *Nobis* addidi *Nunc*, quod vel apud eius epistolae scriptorem addi *aliquando* e contrario positum postulat. — **4.** B ex c: *prope iam desperatam et afflictam ac prostratam rem p. t. o. extulisti*, in quo *desp. et* perturbat imaginem illam verborum *affl. prostr. extul.* Ego: *p. iam affl. ac pr. . . ext.*; MRJI (vulgo) enim: *iam affectam ac pr.*, cd. Turn., ceteroquin optimus: *iam desp. et affl. rem p.*, in cuius archetypo *desp.* super *affl. ac pr.* glossematis loco scriptum fuisse videtur, quo in textum cum *et* recepto *ac prostraTAM* post *afflicTAM* excidit. — Deinde vulgo: *ut Sua caede caesus* (sic RJ, vulgo; M *ausus*) *ille fugiens exercitus te nominaret imperatorem*, quasi vero quisquam *aliena* caede (passiva) caedatur, ac non semper *sua c.* Ego ex *sua* post *uT* feci *Tua*: librarius ex *utua* falso *ut sua.*

Tua caede ɔ: *a te*, cf. de eadem re 7 „hostemque *a te* fugatum“. Sic „*tua* caede c. f.“ et „*te* n. imp.“ rite inter se respondent. De confusis *tuus* et *suus* supra dixi et in Em. p. 121 (de Fam. VIII, 14, 4) et § 5, ubi scripsi: „cur aut *ut ingratuM* crudeliter aut *ut immemorEM* (sic cd. Turn. et M, sed is *ut i. ingratus*, R) beneficii *Tui* (sic cd. Turn., vc, β; MRJ, vulgo *Sui*) scelerate circumscribis senatum? B, ut vulgo, ex J: „c. aut *ingratuS* c. aut *immemor* b. *sui . . s.?*“; sed ne talis quidem scriptor *sui* ad *senatum* sic referre potuit, ut esset *senatus* beneficium, neque vero librarius quisquam ex *ingratus . . immemor* fecisset *ut ingratum . . ut immemorem. Ingratus*, si in M1, ut ait B, re vera post *ut ingratum* est, aut dittographia quadam additum est aut varia scriptura est in textum recepta; sed suspicor in Baiteri nota errore quodam *ingratus* ex sq. „*aut crudeliter* M2“ huc esse tralatum. *Benef. tui* ɔ: eius, de quo § 4 est: *Exstitisti . . extulisti*“; senatus, qui *supra* aetatem . . Octaviano *omnia* tribuerat, neque „ingratus“ neque „immemor beneficii eius“ erat. — **5.** Vulgo: *Cur castra . . longius adversariorum castris et propius urbem moventur?*, ɔ: longius, quam adv. castra moventur! Ego ante *adv.* addidi *ab.* Longe aliud est *procul* a Livio posterioribusque scriptoribus interdum pro *procul a* poni: apud Ennium (Fam. VII, 6, 1) fortasse *a* post *publicā* excidit. — **8.** Vulgo: *quem hunc vocemus* (sic vc, J; R. om. *hunc*; B pessime ex M *q. invoc.*), *qui ne locum quidem reliquit exsilio?* Ego: *relinquit* (relīquit): sic poscit parallelum membrum: quid faciet, qui vitam *adimit*“; cf., quae supra sunt, *extorques . . concupiscis* (sic B recte ex c, ɔ: ex C; vulgo *concupisti*) . . *tu ad p. o.* (sc. *fers*) . . *vis.* In M ex *(h)VNc* factum est *IN. Invocare* sic, ut sit *vocare*, *appellare*, Latinus, opinor, nemo dixit: apud Ennium (N. D. II, 4) post *quem* delere *IN* cum Manutio licet, nisi proprie est als Jupiter anzurufen, ɔ: *invocantes appellant*; de Curtio X, 5 *optimum . . regeM* (sc. *eum*) *INvocantes* idem statūi potest. — **9.** B, ut fere vulgo, pravissime: „rem p., *cui* . . conciliasset eam potentiam, sed forma per d., pecuniam . . dedisset: veteres . . compulisset? quibus . . viveret; *qui* . . obtineret. Audient“. Primum quis, quum haec legeret, crederet scriptorem *sed forma per d.* sic a *pec. . . ded.* divelli voluisse? Ego: *sed f. per d. pec.*: sic recte illi „nullae . . pot.“ opponitur hoc *forma . . ded.* Deinde ego addito *qVI* (quod h. l. ex illo *cui* audire minime licet) ante *VEteres* sic distinxi: „ded., *qui* v. . . comp., quibus (ɔ: *ut iis*) . . viveret, *qui* . . obtineret?“ Quid clarius ac simplicius quam haec: „an (audient) . . *eum* agere, r. rem p., 1) *cui* . . d., 2) *qui* . . viveret, 3) *qui* . . obt.?“? Pro *consceleratVM* (ante *IMpudicitia*) malim cum Lamb. *consceleratA*, quod multo aptius esse quis non videt?

Index locorum extra ordinem correctorum.